

nam elapso quinquennio, obligator esse etiam in foro conscientie in Religione perseverare ac regulariter vivere, nisi à Sede Apostolica ex justa causa impetraverint restitutionem adversus lapsum quinquennium; ac deinde sententiam declarationem nullitatis professionis à suo Superiore Regulari & Ordinario obtinuerint que in iudicium transferit. Hodie verò declaratoria non ab aliis obtinenda est quam à Sacra Congregatione Concilii propter Decretum à S. D. N. nuper editum.

68 Nec obstant adducta in contrarium, nam ad primum respondetur regulariter quidem ita demum teneri quem in Monasterio perseverare si sit Religioni ratiō vel expresse alligatus, sed tamen hoc non esse perpetuum, limitatur enim ut non procedat quando lex ex justa causa contrarium statuit, ut in casu nostro facit Concilium Exemplum habetur in d. c. Quod interrogasti 27. dist. 8. in c. Vidua infra eodem, ubi mulieres illæ non habuerunt consensum se obligandi Religioni: Et tamen Ecclesia illas obligavit ad perseverandum in eo quod inceperunt, ut dictum est in sexto fundamento sub num. 26.

69 Ad secundum respondetur distinguendo minorem, nam aut ex observantia Constitutionis in foro conscientie resultat aliqua iniquitas vel peccatum; & tunc presumptiones vel iura fitiones non habent locum quoad Deum. Et ita procedunt Doctrinæ in contrarium allegatæ, ut patet in exemplis de exceptione non numeratæ pecunie de debitore iniuste condemnato & aliis in contrarium adductis, aut ex observantia Constitutionis in foro anime nullum resultat peccatum vel iniquitas; & tunc iura fitiones, ac presumptiones habent locum etiam in foro conscientie. Ita Feder. de Sen. d. cons. 2. sub num. 4. vers. Et si diceretur, Silveit. ver. Lex num. 9. vers. Et probatur regula. Et probatur in professione emissa per simulationem iuxta text. in cap. Quod interrogasti 27. dist. in præscriptione rei alienæ, ut dictum est supra nu. 27. & num. 30. in iuramento per simulationem præstito, ut per Bald. in cap. Si quis per triginta, si de feud. contr. fuer. Et in aliis exemplis relatis à Silveit. in ver. Præscriptio 1. sub num. 13. ver. Unde secundum.

71 Et contra opinionem Anchar. heredem qui inventarium non conficit teneri ultra vires hereditarias etiam in foro anime, & quoad Deum, fidelissimis fundamentis late respondit Feder. de Sen. in cap. In allegato cons. 21. per tot. & in aliis exemplis relatis à Silveit. in ver. Præscriptio 1. sub n. 13. vers. Unde secundum Bald. Ex eo autem quod decretum Concilii Tridentini in d. cap. 19. sess. 25. de Regular. servetur etiam in foro conscientie, manifestum est nullam iniquitatem, aut peccatum resultare.

72 Ad tertium respondetur Concilium in præfatione quinquennii non inducere tacitam professionem. Unde ad rem non facit quod Ecclesia non possit al quem invitum alligare religioni, & defectum consensu supplere, hoc enim nec non infirmatur; sed non sequitur; Professi in conventibus non de signatis non sunt quo ad Deum alligati Religioni ex vi professionis, Ergo non tenentur perseverare in Religione, quia hæc obligatio aliunde surgit, quam ex professionis validitate, ut dictum est in tertio, quarto, & quinto fundamento à n. 27.

73 Præterea, quod dicitur non posse quemquam absque suo consensu obligari ad Religionem, procedit in eo, qui aut numquam consensit, aut consensit nulliter, & postea re adhuc integra expresse contradixit. Et in hunc sensum accipiendæ sunt autoritates in contrarium adductæ. At secus est in eo, qui consensit ab initio, licet nulliter & postea re integra non reclamavit; is enim cum antea professionem emisit animo vitam mutandi, presumitur semper eundem animum retinuisse. Unde ejus votum jure potest ab Ecclesia solemnizari ex tacito illo, & præsumpto consensu. Sic docet expresse Innoc. in c. Conjalus de convers. conjug. ubi determinat professionem nullam solemnizari ab Ecclesia in primo momento responsio quo sic professus post sublatum impedimentum in Religione perseveravit. Et quamvis hoc habeat aliquam difficultatem, quando sic professus ignorat impedimentum sublatum fuisse, tamen in eo, qui hoc scit, & non contradicit, opinio Innocentii non habet contradictorem, eamque sequuntur hic Joan. Andr. Auchar. Abb. & ceteri omnes, & in cap. Quidam cod. tit. Ergo similiter qui nulliter probuerit animum relinquendi seculum, & infra quinquennium eodem proposito perdurasse. Unde sublati facultate deducendi idem impedimentum per lapsum quinquennii in vim ejusdem consensu, jure potest à Concilio obligari ad perpetuam perseverantiam in Religione.

74 Ad quartum respondetur elapso quinquennio Religionem teneri præbere alimenta etiam nulliter professis, quia cum Concilium jubat ut Regularis eo termino elapso non audiantur, in necessarium consequentiam vult, ut eis submini-

strantur alimenta à Religione, nec contrarium censent Gemin. & alii hic allegati, sed tantum constituunt Regulam affirmativam, id est Religionem teneri professum ad alimenta. Unde nulliter professi in recipiendis alimentis non dicuntur 75 locupletari cum alterius jactura, cum illa recipientes lege permittente. Et ita ad dicta jura respondet Assiet. in rubr. de jure Protomisus nu. 7. ubi per hanc rationem inter alias censet l. Sancimus, cod. tit. habere locum etiam in foro conscientie; potest enim lex ex causa auferre rem meam, & dare alteri, & ille potest licite retinere, l. Beni à Zuzone C. de quadr. præscript. & tradit Feder. de Sen. d. cons. 21. n. 3. in fin. Nec peccat quis legis autoritate, cap. Qui precat 23. quæst. 4. Ideoque etiam Novitum volentem discedere à Religione non posse inquietari à Monasterio pro expensis hic per eum factis, tradit Gemin. in cap. 1. de regular. in 6. ponderando verbum liberi hic positum, & Philipp. Prob. ad Monachum num. 4. post Alex. quem citat in cons. 96. Consideratis his in 1. col. fol. 5.

Præterea invalidè professus quinquenni spatio legitime præscriptis alimenta contra Religionem, Ergo potest illa tuta conscientia recipere, ac retinere. Ideoque non obstat Navarr. in contrarium adducta, quia loquitur infra quinquennium, & ita ante completam præscriptionem, licet ejus doctrinam postea Sanchez amplius et male, etiam ultra tempus quinquennii.

Ad quintum dicendum est idcirco in cap. Litteras de ref. tit. spoliat. & in cap. Inquisitioni de sent. excomm. distingui inter forum judiciale, & forum conscientie, quia Canon expresse id præcipit, quod non facit Concilium in casu nostro ita ad illa jura in individuo respondet Feder. de Sen. d. cons. 21. num. 4. vers. ad contrarium, ut dixi supra sub num. 38. in fine non fundamenti. Deinde respondetur idem in dictis juriibus fieri prædictam distinctionem, quia præceptum Ecclesie non poterat servari in foro conscientie absque restu mortalis peccati; cum enim Matrimonium ex impedimento occulto dirimere esset invalidum, copula non poterat obtemperare judici præcipienti sub pena excommunicationis, ut adhereret viro suo. Et in hoc se fundat Pontifex in dict. cap. Litteras, dum ait: Porro cum mulier, que consanguinitatis habet notitiam, præsertim in gradibus, quo lex divina prohibuit non possit hujusmodi viro sine mortali peccato carnaliter commiseri, &c. Non debet in hoc iudici obedire, sed potius excommunicationem humiliter sustinere, & in d. c. Inquisitioni, hic: Debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. Quod quidem peccatum manifestum est non adesse in casu de quo agitur. Quare non potest inferri à Matrimonio carnali ad spirituale propter rationis diversitatem; quia in illo Ecclesia non potest dispensare ut mulier commisceatur viro, cum quo Matrimonium non consistit, cum hoc sit intrinsicè malum, & contra præceptum Decalogi, Non fornicaberis. At bene potest statuere ut professi post quinquennium quæcumque de causa habitum non dimittant, cum hoc nullum sit malum, imò valde bonum, ut vota sua Domino reddant, 17. quæst. 1. & 27. quæst. 1. & pax in Religione conservetur, ut patet ex dictis supra in secundo fundamento n. 21. & in 5. fundamento n. 25.

Ad ultimum respondetur, Navarræ opinionem nec ratione ulla, nec autoritate fuisse, neque enim est bona illatio, aliquid est invalidè professus quoad Deum, qui omnia novit. Ergo potest redire ad seculum in foro conscientie propria autoritate. Et mirum est virum aliquoq. doctum, & pium tam facile aperuisse Regularibus viam exiendi à Religione absque licentia sub prætextu quòd in conscientia non sint professi. Nam Concilium in dict. cap. 19. sess. 25. de regular. expresse loquitur de invalidè professis, seu prætendentibus se tales esse; imò de his solum, quia quoad validè professos non erat opus ullam formam præscribere, aut quinquennium præstinere ad deducendas causas nullitatis professionis; & nihilominus prætendentes se esse invalidè professos obligat ad servandam formam hic præscriptam. Et cum lex illa sit Apostolica & iustissima, absurdum est asserere eam obligare in foro judiciali tantum, non autem quoad Deum, & in foro anime, ex his que late superius deducta sunt à n. 17.

Et multo minus defendi potest quod subicit Navarr. non esse habendam rationem fagnali; cum sit Phariseorum, non pusillorum. Verè enim proximus, qui videt regularem rediisse ad seculum absque licentia, cum ratione scandalizatur, nec potest moveri scandalum, si Regularis dicat, Ego non sum professus quoad Deum; nam proximus jure replicabit: Cur propria autoritate exiisti; & formam legis non servasti. Unde scandalum erit pusillorum, à quo cavendum est Matth. 18. non Phariseorum, à quo dicitur non esse cavendum Matth. 15. Ideoque nec applicatur doctrina D. Thom. quòd non debeat quis relinquere bona sua propter scandalum; eo enim casu non habetur ratio scandali, quia jure quæ recuperat bona sua. Et de hac justitia potest proximus aliqua probabili ratione admoeri. Quod fieri non potest in casu de

quo agitur, in quo regularis de facto exiens inordinatè agit, & contra præceptum legis. Quare contra opinionem Navarræ propter scandalum non posse fide professum à Religione discedere absque peccato docet Cajet. 1. 2. quæst. 88. artic. 1. paulo ante fin. Et Sorus lib. 7. de justis. & jur. quæst. 1. art. 2. col. 7. vers. An vero

Porro Navarræ autoritas nonnullis qui post eum scripserunt majoris erroris causam præbuit. Nam Sanchez de Matrim. lib. 7. de impedim. dist. 37. n. 9. non solum ait Concilium in d. c. 19. inniti presumptioni tacite ratificationis per quinquennium inducæ, & idèd qui verè non ratificavit, non teneri in foro conscientie in Religione perseverare; nec ad id obligari potuisse à Concilio; verum etiam affirmat credentem se esse nulliter professum, etiam elapsedo quinquennio posse dimisso habitu tutà conscientia fugere à Religione, allegat Henriquez lib. 11. de Matrim. c. 6. in Comment. fin. c. 8. n. 9. in Comment. litteræ S. & Eman. Sa in verbo Religio n. 7.

Amplius n. 10. & 23. asserit ad hoc ut nulliter professus venisset ratificare suam professionem: necessario expectandum esse lapsum quinquennii; nec ad id sufficere actus professorum, etiam si sciatur professionem expressam fuisse nullam exitum professionem tacitam non induci per actus professorum, quando præcessit professio expressa irrita contra textum apertum in c. 1. hic; vel si quam prius fecerat, ratiō habuisse videtur; atque hic omnes notant de regul. in 6. Quam ratiōnem professionem Tridentinum. Concilium non sustulit, ut sepies Sacra Congregatio declaravit.

Idem n. 11. constanter affirmat nulliter professum etiam elapso quinquennio: licet fecerit suam professionem fuisse nullam; tamen si eam non ratificavit, posse cessante scandalum etiam omnia reclamacione & non deductis coram Ordinario foras arripere & uxorem ducere & non teneri redire ad Monasterium si non esse spoliatum, nulla habita ratione saltem voti continentie; quod inest professioni etiam nullæ, juxta textum in c. Quidam, ubi sic docet Innoc. & ceteri Canonice de convers. conjugat.

Quin imò n. 13. tradit Prælatus Regularem posse etiam elapso quinquennio nulliter professum occultè dimittere, si conitet sibi de veritate non ratificatæ occultè dimittere, si conitet Concilium, quia solum præcipit Superiori ne audiat in foro externo; que tamen verba in foro externo nec usquam in eo Decreto reperuntur nec tacite subintelliguntur, ut superius ostendimus.

Et quamvis n. 14. dicat elapso quinquennio non esse credendum dicenti se fide professum: subdit tamen si morali certitudine Superiori concipere possit illam veritatem asserere dicendo se fide professum vel non ratificasse professionem: posse eundem Superiorem illi credere & dicto remedio uti, ejiciendo illum cum. Et n. 32. in 4. contra declarationem Sanctissimi D. N. Urbani & Sacre Congregationis art. d. c. 19. non comprehendere habentes perpetuum impedimentum. Imò n. 34. nec habentes impedimentum temporale, si illud duraverit toto quinquennio. Quod est contra expressam declarationem Gregorii XIII. Et n. 9. generaliter affirmat d. c. 19. sess. 25. de Regular. non obligare in foro conscientie, quia inquit in eo Decreto nullum verbum reperitur quod forum conscientie respiciat. Quasi Sacri Canones & Generalium Conciliorum Decreta ad obligandum in foro conscientie, necesse habeant illius fori expressam mentionem facere. Quid plura? Idem Sanchez in eadem disput. 37. n. 38. affirmat nulliter professum qui elapso quinquennio non fugit à Religione, peccare mortaliter ingerendo te attribus professorum & recipiendo alimenta à Monasterio & teneri illa restituere cum poterit. Et n. 41. sic professum dicit non solum posse; sed etiam teneri oblata commoda fugiendi occasione, in partes remotas secedere & in eam occasionem summà ope niti. Et consentit Less. de Just. & Jur. lib. 2. c. 41. dub. 7. n. 65. vers. Notandum quartò, quos postea secutus est Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 3. c. 413. n. 12. vers. Quo verò ad forum. Quæ omnia cum pluribus aliis que habentur in eadem disputatione 37. non solum frangunt nervum Regularis discipline; sed funditus etiam destrunt dispositionem Concilii in d. c. 19.

& directè adversantur sensui quem Sedes Apostolica hæc dicit semper admittit in illius Decreti interpretatione. Porro quæ quod hæc Doctrina maximam ingerit confusionem & perplexitatem timoratis conscientie, ut animadvertit Feder. de Senis d. cons. 21. n. 3. cujus singularia verba hæc sunt. (Præterea quantum possimus optinet vitare de venis que perplexitatem & intricacionem inducunt, c. Litteras de ref. spoliat. per legem enim nulli est loquens injiciendus, c. de viduis in secundo 27. q. 1. Sed si tenemus primam partem, id est legem non obligare in foro anime, erimus perplexi & intricati inter legem humanam & forum conscientie. Nam lex humana dicit. Contempnisti legem: ergo ejus beneficio non perfrueris. At in contrarium dicit conscientia quamvis Minister legis, id est Juxta tibi præcipiat ut facias secundum legem: tamen tu in foro anime & Divino non teneris. Unde defende te quantum melius potes in foro judiciali, quia habeo te excusatum in foro Divino. Ideò ad extraneam hanc perplexitatem, melius est dicere quòd conscientia se conformet juri positivo condito à Ministro Dei & confirmato per Romanam Ecclesiam, cum per utilitate Republicæ ad vitandas fraudes processerit illa lex.) Hæc Feder. de Sen. qui tamen loquitur in terminis legis merito humane & Civili, id est l. Sancimus, cod. de jure delict. Ergo multò fortius idem dicendum in terminis legis Apostolicæ & Conciliaris de qua nunc agimus.

Consilium verò quod prædicto famulo dederunt Penitentiarum: similiter nullo modo sustineri potest. Primum enim falsum est professionem illam fuisse nullam in foro conscientie. Quandoquidem metus etiam cadens in constantem virum, sive proveniat ab intrinseco & causis naturalibus, sive ab extrinseco & causis liberi: nunquam irritat professionem, nisi fuerit incussus ab illam extorquendam juxta terminos cap. 1. quid metus causò, ut probatur in c. sicut in secundo 161. eod. ubi valida estimatur professio emissa ab egrotò ob timorem mortis imminentes. Et n. 11. ubi validum censetur votum quod emisit Populus Israël victus à Chanaan.

Ratio est tum quia eo casu votens non impellitur ad professionem, cum nullus professionem exigat; sed voluntariè eligit ex se ipso tanquam medium ad evadendum periculum anime, vel corporis. Ex his que tradit Bellam. cons. 9. Factum est tale col. 4. in fin. num. 13. vers. Tertio opponer. Tum quia involuntarium quod in ea professione invenitur, non est intentum ab incutiente metum, sed tantum habet occasionem ex ipsius nequitia. Atque ita in Matrimonio carnali censent in cap. Cum locum, de sponsal. Innoc. num. 2. Hostiens. paulo post princ. Joan. Andr. num. 2. Henr. Boich. n. 3. Butr. n. 11. Card. n. 3. Abb. n. 9. & Prop. n. 12. ubi concludunt Matrimonium contractum per metum etiam incussum ab homine, ut carceris, ita demum esse nullum, si metus ad extorquendum Matrimonium illatus fuerit, secus si ex alia causa. Ideoque videmus validum esse Matrimonium contractum cum concubina ob metum instantis mortis ex morbo, vel naufragio, aut fera bestia, quia is metus non inferitur à causa extrinseca libera ad extorquendum Matrimonium, Sot. in 4. dist. 29. quæst. 1. art. 3. vers. Hinc primo colligitur, & Covarr. in 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 4. n. 16. Et similiter teneri Matrimonium quod contractum damnatus ad mortem cum meretrice ut evadat supplicium juxta morem aut statum nonnullarum regionum, Sot. loc. cit. vers. Exurgunt hic tamen, & Covarr. n. 17. ubi recense alia etiam exempla que in terminis professionis ponuntur ab Hostiens. & Joan. Andr. in cap. Sicut vobis infra eodem, ut scripsi plenius in cap. Sicut tenor infr. hoc tit. dummodo tamen metus non sit tantus, ut excludat rationis deliberantis & promittentis, ut in voto notatur in d. cap. Sicut in primo, & secundo infr. eod. & in c. Gonzalvus 17. q. 2. & declarat Silveit. in ver. Votum 2. n. 13. Unde si quis ut evadat ultimum supplicium ob conscientiam scelerum commissorum, aut mortem sibi timens ab inimicis Religionem, profiteatur, nisi aliud obstitierit, est validè professus, licet aliàs professurus non fuisset, ut olim articulo diligenter discussò declaravit Sac. Congreg. Concilii.

etiam est professio vera seu expressa; alia est presumpta seu tacita, ut c. Non solum hic. Professio tacite vel expressa infra eodem lib. 6. & c. un. hic. Professio expressa vel tacita, de voto eod. lib. can. siml. Professio expressa est que emittitur verbo, ut in c. Dudum infra de convers. conjugat. vel scripto, ut in c. Vidua 20. q. 1. aut etiam notu, quia nullibi reperitur jure cautum, ut verba sint necessaria. Unde etiam mutus & surdus a natura natibus & signis expresse profiteri potest, ut respondit Marian. Socin. senior in conf. 6x. incip. In presenti consultatione n. 13. & 14. vol. 1. nam & potest Matrimonium carnale contrahere, ut est textus in c. Cum apud infra de sponsal. secundum intellectum Joan. Andr. & Anton. de Butr. & de variis formulis professionis expresse vide plene per Lap. alleg. 129. per totam. Silv. in verbo Religio 3. n. 1. g. Innoc. Host. & Doctores in c. Porreclum infra eod. Professio tacita, ut fons istum nomen, est que fit sine voce & scriptura, ut per Silvest. ubi supra n. 19.

Præmittendum est secundo professionem tacitam in univ. versum tribus modis induci posse, ad quos peculiares alii modi ferè omnes reduci possunt, qui sparsim recensentur à Doctores.

Primus modus est per assumptionem, vel gestationem habitus religionis: & in hoc distingue multiplex habitus, prout distinguit glossa magna in Clem. Eos in ver. Deinceps de Regular. Henric. Boich. in cap. Statuimus col. 1. in fin. ver. Tu vero distingue infra eod. & Abb. in d. Clem. Eos ubi à num. 2. materiam explicat breviter, & dilucide per quinque conclusiones, quas tu supplebis ex jure novissimo Concilii Tridentini, ut scripsi plene in prædicta Decretali Statuimus, & in c. Quia ingredientibus supra de testam. ubi videas, quia non est materia hujus Capituli.

Secundus modus inducendi tacitam professionem est cum quis absolute velit vitam mutare, & habitum probationis assumptis, ut c. Consiili, & d. c. Statuimus infra eod. & c. Beneficium eod. tit. lib. 6. in quo conveniunt Canonice ferè omnes; sed quia hic modus magnopere controversatur à Theologis, & presertim à Silvestro in ver. Religio 5. q. 8. de illius veritate agemus ex professo in d. cap. Consiili à n. 13. usque in fin. Tertius denique modus inducendi professionem tacitam est per exercitium actus professorum, & de hoc agemus hic.

Quæro igitur, an immixtus factibus, qui à solis professis fieri consueverunt, ex hoc censetur tacite profiteri: intelligi concurrentibus iis, que aliis desiderantur ad tacitam professionem inducendam, ut dicam infra à n. 27. usque in fin.

Doctores non conveniunt: nam Innoc. hic n. 1. sentit ex hujusmodi actibus, quod imò & ex ipsa susceptione habitus professorum non induci professionem tacitam, nisi aliique presumptiones hoc juvent, puta quia cum solemnitate accepta, id est vocatis parentibus, vel de altar. vel in Ecclesia; vel si acceptus ab Episcopo, vel Abbate, aut etiam simplici Monacho, vel Sacerdote, cum ea tamen solemnitate, qua consuevit dari. Ex ista intelligit cap. Ad nostram, & cap. seq. infra eod. cap. Quod interrogasti 27. dist. & cap. Viduas 27. quæst. 1. & cum eo transit hic Butr. n. 6. & idem notat Archid. in d. c. Quod interrogasti, in gloss. Hac famina, & in cap. Constitutionem in gloss. Ergo non licet infra eod. lib. 6. Quod aded verum est secundum Innoc. n. 2. ut si ab initio hujusmodi solemnitates non intercesserint, licet ex post facto sequantur presumptiones, per quas convincitur velle seculo renuntiare, puta quia facit ea que à solis professis fieri solent; adhuc tamen non intelligitur tacite vovere. Verum Hostiens. hic n. 6. tenet indistincte ex actibus, qui à solis professis fieri consueverunt, induci professionem tacitam, nec vim faciendam esse utrum quis ab initio, vel ex post facto, sed tantum an efficaciter obligetur, ut patet ex his, que notat idem Host. in cap. 2. §. Si vero supra eodem, cuius opinionem putat veriorum Henric. Boich. circa finem hujus cap. dummodò in hujusmodi actibus triduo perseveret: alioquin putat veram esse opinionem Innocentii. Sed dissidentes opiniones conciliat Joan. Andr. n. 3. dicens: Quidquid dicant, hoc credo, quod si non novitius immisceat se actibus professorum, pro hoc non dicatur professus, & sic intellecta sit vera opinio Innocentii. In novitio vero secus secundum opinionem contrariam. Et pro novitio intelligit existentem in probatione, secundum Anton. de Butr. n. 8. ver. Et credo, §. Mihi placet hæc distinctio Joan. Andr. quam etiam sequuntur Henric. Boich. in fin. Butr. n. 8. Cardin. n. 5. in quinta oppositio, Abb. n. 7. & plerique alii. Moveor quoad primum membrum, quia non minoris est virtutis ad tacitam professionem inducendam habitus professorum, qui votum religionis habet annexum, quam fit actus presentium, c. Super eo, & cap. Statuimus infra eod. & c. Beneficium eod. tit. lib. 6. & dictum est supra n. 7. & hic notat Butr. n. 11. ver. Et sic conveniunt. Sed habitus professorum à non novitio, seu extra Monasterium

assumptus non facit Monachum, nec tacitam professionem inducit. Ut Clerici supra eod. & tenet Hostiens. in d. cap. Statuimus n. 2. in ver. Consiili, Arch. in d. c. Beneficium n. 1. dixi in c. Insinuante n. 30. infra qui Clerici vel vov. Ergo nec actus presentium inducunt professionem tacitam, seu solemnizant votum si fiant à non novitio, seu extra Monasterium. Et est ratio, quia non censetur fieri animo proficendi: nam si profiteri voluisset, illos intra Monasterium gessisset, ut considerat Abbas hic n. 7. & in c. Porreclum num. 8. infra eod. Quo vero ad secundum membrum id est si sit novitius & in probatione, qui se actibus professorum immiscet, absque dubio censetur tacite profiteri, ut est textus hic secundum communem intellectum cum concordantibus, & quibus in gloss. in ver. Oblationem. Ratio est, quia ex quo intravit Monasterium animo ut fieret Monachus, & sponte facti actus, quos facit ad profectus tantum pertinere, satis clarè hinc apparet eum velle absolute vitam mutare, & profiteri, juxta textum in d. c. Statuimus, infra eod. Nam qui vult consequens, videtur etiam velle antecedens, sine quo ad illud consequens pervenire non potest. Fingitur enim semper primò fieri quod primò sciendum est, ut notatur in l. Ulad, ff. de acquirend. heredit. & in proposito tradit Anchar. in c. Quia ingredientibus, num. 1. supra de testam. & est simile in eo, qui aliquot actus gerit, qui fieri non possunt citra nomen, & ius heredis, nam ex his censetur hereditatem adire, ut l. Pro herede, §. Papinianus, in fin. ff. de acquirenda heredit. & notat Bart. in l. Gerit, n. 9. ff. eodem.

Hæc igitur sit conclusio, quam distentis verbis hic ponit Joan. Andr. n. 7. Si novitius se solent immisceat actibus professorum, quicumque sint illi actus, five offerendi panem, ut hic, five constituendi Sindicos, inveniendi contractus, faciendi electiones, vel receptiones Monachorum, Abbatum, vel alios ad profectos solos spectantes de jure, consuetudine, vel statuto, per hoc intelligitur professus si etatis est aptus, & sponte id facit & triduo perseverat, ut c. Constitutionem, in fin. infra eodem lib. 6. ita Joan. Andr. quem totidem verbis sequuntur hic Henric. Boich. in fin. Butr. n. 11. Cardin. in 5. oppositio, n. 5. & 6. Anchar. n. 5. ver. Sed Joan. Andr. tenet cum Hostiens. Abb. & Joan. de Anania ambo n. 6. Silvest. in ver. Religio 3. q. 19. ver. Primo ergo, Angel. in ver. Novitius, n. 12. & plerique alii. Quod tamen dicunt de perseverantia tridui intelligi debet inspecta juris communis dispositione quando annus probationis non erat de substantia Monachatus, ut c. Ad Apostolicum, infra eod. Sed post Concilium Tridentinum hoc triduum amplius non exigitur, ut scripsi in c. Ad nostram, n. 5. & 6. infra eodem.

Sed objicies; Eligere spectat ad profectus tacite, vel expresse, ut c. Ex eo, in fin. & cap. Indemnitatibus, in prin. de electione, lib. 6. Sed novitius immiscendo se hinc actibus electionis una cum Capitalibus secundum conclusionem superius firmatam efficitur tacite professus. Ergo nullus casus dabitur, in quo novitius sit ab electione repellendus; & consequenter inutiles erunt prædictæ decretales, in quibus statuitur ut si qui non sunt tacite, vel expresse professi non debeant cum profectis electionibus interesse. Solutio secundum Joan. Andr. hic n. 7. post medium. Professi non tenentur novitios admittere, vel vocare ad electionem, & sic illa jura non sunt superflua. Vel aliter quamvis facta electione, & actu illo jam absolute, & perfectio novitius hoc sciens intelligitur tacite professus; tamen vox ejus non valet; quia professio inducit ex actu perfecto, & sic post electionem finitam, & non prius intelligitur professus. Allegat cap. Perpetuo, de elect. lib. 6. Dic clarus, Ad hoc ut quis vocem habeat in electionibus regularium prærequiritur ut in ipso actu electionis sit tacite, vel expresse professus, ut probant jura præallegata; quando autem novitius eligit unum cum profectis, actus electionis secundum ordinem intellectus præcedit professionem, que ex illo actu resultat. Unde non mirum si electio non valet, cum novitius in actu electionis non sit professus, & hoc modo prædicta Capitula non sunt inania, & hoc intendit Joan. Andr. cui consentiunt Butr. n. 11. ver. Nec obstat, Cardin. in 4. oppos. Anchar. n. 3. ver. Sed incidit, & Jo. de Anania n. 27. Et est simile in electione, que non valet si fiat ab eo, qui non est in quali possessione juris eligendi; & tamen si non exilens in quali possessione admittitur ad eligendum, per hujusmodi electionem efficitur quasi possessor, ut notat Innoc. in cap. Consultationibus, de irregulat. Butr. hic n. 11. & Joan. de Anania n. 7. ver. Et simile adducit. Accipe aliud simile. Electio in Abbate de non profectio est irrita ipso jure, cap. Nullus, de elect. lib. 6. & tamen si non profectus consentiat se de facto eligi, per hoc efficitur tacite professus, ut statim dicam.

Ex conclusione ut supra firmata inferitur primò, ut suscipiens munus Abbatis vel Abbatissæ ex hoc censetur tacite profiteri; quia cum hujusmodi munus non conveniat nisi profes-

sessis, c. Cum causam de elect. & d. c. Nullus cum suis concordantibus qui consequens vult, id est Prælationem, censetur velle sum necessarium antecedens, id est professionem: textus est notabilis in d. c. Quia ingredientibus de testam. & hic dixi à n. 23. usque ad n. 28. post Joannem Andream numero tertio, Card. n. 7. in fine, Anchar. n. 2. & Abb. n. 4.

Inferitur secundo, ut Novitius qui sponte suscipit tonsuram Monachalem, per hoc similiter efficitur tacite professus ubi corona à solis professis gestari solet; sic probat textus in c. 1. & hic notat Butr. n. 5. supra eodem. Francus post Gemin. in c. non solum in 2. col. in glossa in verbo Judicis in §. Signo infra eodem libro sexto, ubi propterea dicit penulcimum esse Novitius facere sibi magnam tonsuram.

Inferitur tertio, ut idem fit dicendum in Novitio qui Ordines Sacros recipit ad titulum Religionis; nam & ex hoc intelligitur tacitam professionem emittere, c. Cum in præterito 84. dist. & tenet Host. in c. Insinuante n. 2. ver. Sexto per Sacri Ordinis susceptionem quem hic sequuntur Joannes Andreas n. 5. Butr. n. 10. ambo in eodem verbo. Præpositus n. 4. in 6. modo emittens professionem tacitam & alii communitur infra qui Cler. vel vov. Calder. in conf. 11. de Regular. Barbat. quidquid contra leviter tenentur. Navar. conf. 20. incipienti De eo qui mansit, numero 2. ver. Tum quia licet sola Ordinis susceptio de Regular.

Declara nunc, propositam conclusionem quæ dictum est per exercitium actus professorum induci tacitam professionem, ut vendicit sibi locum, dummodò concurrant conditiones infra scriptæ.

Prima conditio est, ut qui se hujusmodi actibus immisceat sit Novitius, id est existens in probatione secundum distinctionem Joan. Andr. de qua supra n. 19. ver. Sed dissidentes opiniones; & hic notat Abbas n. 7.

Secunda conditio est ut his actibus se ingerat sponte, ut probat hæc Decretalis hic. Si sponte velum conversionis sibi imposuerit, alioquin si in exercitio illius actus illata fuisset violentia, sicut illa excusatur a professione expressa, c. 1. supra quod mer. caus. sic & fortius à tacita, c. Constitutionem in fine hoc tit. lib. 6. nisi sequeretur ratificatio, ut supra c. 2. ita formaliter arguit hic Joannes Andreas n. 4. hic verbo oblatari; & in hoc consentiunt Innoc. & Host. ambo in prin. & reliqui omnes.

Tertia conditio est, ut fiat ex Constitutione vel consuetudine ejusdem Monasterii esse hujusmodi actibus votum annexum, id est eos qui se his actibus immisceat, haberi pro professis, vel actum illum pertinere ad profectos tantum; nam datæ ignorantia, cessat presumptio tacite professionis, ita Innoc. hic num. 2. in fine, Abb. d. n. 7. ver. Secundo requiritur & Navar. conf. 9. N. nobis n. 10. de hiis qui vi met. caus.

Quarta conditio est, ut habeat animum proficendi; & hæc conditio exigitur Navar. Comm. 4. n. 75. & Sanchez in Decalogo tom. 2. lib. 5. c. 3. n. 27. qui amplius purant non sufficere ut qui se ingerat actibus professorum habeat se negative; sed afferunt requiri ut habeat animum positivum proficendi, eò quod hi actus eatenus professionem inducunt, quatenus internum profectus animum designant. In habente autem se negative nullus est interius proficendi consensus. Sed certè in foro Ecclesiæ admodum frivola esset hæc allegatio defectus consensus, quia ubi quis habitum conversionis assumpsit & se actibus professorum immiscuit, censetur habuisse animum proficendi presumptione juris & de jure, ita ut non sit audiendus etiam contrarium probare velit suo juramento, ut est textus apertus hic in illis verbis, licet Sacramento firmare velit eo tenore id est intentione secundum Innoc. & Host. sibi velamen imposuisse, ut deponere possit; & factus ostensus est supra in ult. not. unde hæc conditio nullus requiritur ex antiquis & Classicis Canonibus.

Quinta conditio est, ut sit etatis legitime ad proficendum, id est ut pubertatem exegerit de jure communi; & ex Concilio Tridentino sit major annorum sexdecim, ut scripsi plene in c. n. 4. & 10. supra eodem. Et hæc conditio nem in specie exigitur Joannes Andreas & reliqui post eum in conclusione superius firmata n. 20. in illis verbis etatis sit etæ. Et quod dictum est de etate, intelligis de omnibus aliis conditionibus ad professionem expressam requisitis. Si enim illarum defectus vitiat professionem expressam, multò magis tacitam que conjicitur est & presumptionibus nititur c. 1. hic professionem secisse videtur, nec non hic Præsumitur veraciter esse professus infra, eod. lib. 6. & patet ex argum. Joan. Andr. de quo supra n. 28. & ponderat Navar. conf. 26. n. 15. hoc tit.

Sexta conditio est, ut hujusmodi actus faciat scientibus iis, quorum est religio incorporare, nam quemadmodum præ-

fectis, expressa fieri non potest nisi in manibus potestatem habentis eam recipiendi & corpori Ordinis aggregandi, & Porreclum, & ibi dixi, in ultimo notab. & cap. Ad Apostolicam, infra eod. ita nec tacita; & propterea hæc conditionem requirunt Abb. hic num. 5. Cardin. in d. cap. Porreclum, in fin. Rosella in ver. Novitius n. 18. Angel. in eod. ver. num. 13. Navar. Comm. 4. de Regular. num. 79. & 74. & ut verba utar Silvest. in ver. Religio 3. quæst. 19. Hæc est opinio communis & veraciter Geminianus chimarizet in cap. Constitutionem, de reg. lib. 6.

Septima conditio est, ut triduo perseveret; antè enim pœnitere potest, cum non sit religio irrevocabiliter alligatus, arg. cap. Ad nostram, infra eod. & c. Constitutionem in fin. eod. tit. lib. 6. & ita hoc triduum Joan. Andr. & alii post eum in conclusione superius firmata numer. 20. & præterim Abbas hic num. 7. ver. Quartò. Neque obstat quod in cap. nulla fiat mentio tridui, Quoniam ut considerat Butr. num. 11. hic concurrant duo, videlicet assumpcio habitus professionis & oblatio inter velatas, que ex consuetudine Monasterii erat actus à solis professis fieri solitus. Unde non mirum si professio statim inducebatur sine alia perseverantia tridui; hujusmodi enim perseverantia requiritur de jure communi in duobus casibus duntaxat. Primus est cum novitius sine probatione recipit habitum professorum, prout loquitur textus in d. cap. Ad nostram, ibi, Habitum ipsum sine probatione suscepit & infra triduum deposuerit. Et d. c. Constitutionem in fin. Secundus est cum novitius similiter infra probationis annum, non recepto professionis habitu facit actum à solis professis fieri solitum, juxta conclusionem Joan. Andr. & communem, de qua supra num. 20. At verò ubi Novitius non solum recipit habitum, qui dari præsentibus consuevit sed etiam ingerit se actibus professorum tunc illicet sit professus irrevocabiliter ne datur et triduum ad penitentiam, quod nota pro intellectu hujus Decretalis, qui placet etiam Abbati num. 7. & mihi. Tum quia congruit litteræ, tum quia actus presentium in eo, qui recipit habitum professionis non debet minus operari, quam perseverantia tridui, tum denique, quia duo vincula magis stringunt, quam unum, l. fin. c. de adopt. & cap. 1. de treuga & pace. Ex geminatus consensus ostendit magis enixam deliberationem profiteri volentis ex regula l. Balista, ff. Ad Trebellianum. quam pluribus exemplis exornat Felin. in cap. Isti cautionem 39. supra de fid. instrum. Jason. in §. Personam n. 48. in fin. de arb. & Marfill. in l. 2. §. Quæstioni eod. 2. ff. de quæst. & sing. 378. incipien. Geminat actus.

Hinc videmus propter majorem deliberationem in tribus casibus non requiri perseverantiam tridui. Primus est in eo, qui infra annum probationis profectur expresse, nam jura que mentionem hujus tridui faciunt, loquuntur tantummodo in professione tacita & præsumpta; & quamvis Innoc. contrarium sentierit in cap. Ad nostram num. 2. & 3. infra eod. tamen eum jure optimo refellunt Doctores & præterim Abbas ibidem num. 4. Secundus est in eo, qui in ægritudine positus sine probatione suscipit habitum professorum, præsumitur enim magis deliberatè fecisse, ideoque statim obligatur ut c. Sicut nobis, infra eodem & tenent in dict. cap. Ad nostram, Joan. Andr. n. 2. & Butr. in fin. Tertius est in eo qui prius voverat ingredi religionem & postea ingressus incontinenti habitum professorum assumpsit, nam propter geminatum consensus & hic præsumitur deliberatus ad hoc, c. Meminimus infra qui Clerici vel vov. & c. Ex parte, il primò de convers. conjug. & ided statim sit professus irrevocabiliter, secundum Joan. Andr. & Butr. loc. cit. Et quamvis hos duos casus posteriores in dubium revocent Abb. in d. c. Ad nostram n. 5. & Rosella in ver. Novitius num. 15. & aperte probent Francus in cap. Constitutionem in fin. infra eod. lib. 6. Angel. Silvest. & alii quos refert & sequitur Sanchez in Decalogo tom. 2. lib. 5. c. 3. num. 26. tum quia in infirmitate minor est deliberatio, l. Hac consultiissima, §. penult. eod. de testam. ubi dicitur, Humana fragilitas mortis præcipue cogitatione perturbata minus memoria potest res plures consequi, tum quia jura præallegata in d. c. Ad nostram & cap. Constitutionem, exigit indistinctè perseverantiam tridui; tamen magis placet opinio Joan. Andr. quia negari non potest, quin ægritudine laborantes fixius & profundius mentem figant in his, que pertinent ad salutatem animæ, arg. d. c. Sicut nobis, & c. Porreclum infra eod. Quin imò ut inquit Silvest. in ver. Sensus in 3. qu. num. 3. ver. Quartò obicit, positus in mortis articulo multa facit, & cogitat que si fieri expediret in tota vita, cogere non infansuati & desperare. Nec obstat quod jura requirunt perseverantiam tridui indistinctè loquantur; quoniam distingui debent per alia jura specialia, que illam non requirunt in eo, qui in infirmitate suscipit habitum professorum ut d. c. Sicut nobis, infra eod. Item per illa jura que triduum non requirunt, quando ex actibus & consensibus geminatis resultat enixa voluntas proficendi, ut hic & in



DE REGULARIBUS.

Ex Concilio Toletano.

CAPUT III.

UT Clerici, qui fingunt habitu & nomine Monachos, & non sunt, corrigantur, ut veri Monachi sint vel Clerici.

SUMMARIUM.

- 1 **I**ngentes se Monachos, aut intrare aut exire compellantur.
 - 2 **D**upliciter à Deo & à Jure reprobat.
 - 3 **C**lericus secularis utens habitu & nomine Monachali cogitur ut fiat Monachus vel ab hoc desinat.
 - 4 **V**otum non solemnizatur per susceptionem habitus Monachalis extra Monasterium etiam de manu habentis potestatem incorporandi Religioni.
 - 5 **I**nducitur tamen votum simplex quod impedit Matrimonium contrahendum, licet non dirimat contractum.
- etate, hoc enim limitatur, ut locum habeat dummodò habitus hujusmodi suscipiatur intra claustra Monasterii, secus si extra etiam de manu habentis potestatem incorporandi Religioni. Concordat textus in cap. *Consultat infra*, *Qui Clerici*, vel *novit*, secundum intellectum, quem sequitur Butr. hic n. 4. Alex. de Nervo in 3. notab. & n. 10. & communiter Doctores contra Lecturam Abbatis Siculi, ut hic dixi n. 2. & *seqq.* & in 1. notab. Ceterum etiam habitus professorum extra Monasterium susceptus non solemnizet votum, tamen inducit obligationem voti simplicitatis, quæ impedit Matrimonium contrahendum, licet non dirimat contractum, ut est casus in d. cap. *Consultat*, juxta communem intellectum, ut hic dixi in 2. notab.



DE REGULARIBUS.

Ex Concilio Arelaten.

CAPUT IV.

Vidua si sponte velum conversionis, quamvis non sacrum sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit nolit, sanctimoniam habitum ulterius debet habere, Licet sacramento firmare velit, eo tenore velamen sibi imposuisse, ut deponere possit.

SUMMARIUM.

- 1 **N**ovitia, qua sponte se ingerit actibus professorum per hoc censetur tacite profiteri.
- 2 **D**eclaratur à n. 27. usque in finem.
- 3 **C**ontinentia praterita non est de substantia monachatus, sed futura tantum.
- 4 **V**elum Religionis quotuple est sit.
- 5 **V**elum probationis est album, alia autem vela sunt nigra.
- 6 **V**idua potest velum professionis accipere à Presbitero, vel ab Episcopo, aut sibi imponere.
- 7 **V**elum consecrationis datur ab Episcopo solis virginibus in vigesimo quinto anno.
- 8 **I**ntellectus hujus cap. & n. 32. 37. & *seqq.*
- 9 **M**oniales an possint portare crines.
- 10 **A**nimus probatus per extrinseca non admittit contrariam

- 10 **P**robationem per juramentum.
- 11 **P**robatio directa non admittitur contra presumptionem juris, & de jure, admittitur tamen indirecta.
- 12 **C**onscientia sua quis relinquat ubi de animo non apparet per actus exteriores.
- 13 **P**rofectio quid sit, & quotuplex.
- 14 **M**atus, & furdus à natura natus, & signis expressis profiteri potest, & Matrimonium contrahere.
- 15 **P**rofectio tacita quot modis inducatur.
- 16 **P**rofectio tacita an inducatur ex eo quod quis voluerit abolere vitam mutare.
- 17 **P**rofectio tacite an censetur immisceri se actibus professorum, & n. *seqq.* usque ad n. 27.
- 18 **H**abitus professionis assumptio, & exercitium actus professorum idem operantur.
- 19 **H**ereditatem censetur adire gerens actus, qui fieri non possunt citra nomen & jus heredis.
- 20 **N**ovitius, qui se scienter immiscet actibus de jure, conjugatine, vel statuto ad solos profectos spectantibus, est profectus si sponte id faciat, etatis sit optæ, & triduo perseveret, & n. 38.
- 21 **E**ligere se debet ad profectio tacite, vel expressæ. Profectio tacita inducitur ex eo quod novitius interfit electionibus una cum Capitularibus, ibid.
- Item ex susceptione maneris Abbatis, vel Abbatissæ, numer. 24.

- Item ex susceptione tonsuræ monachalis, n. 25.
- Item ex receptione Sacrorum Ordinum ad titulum religionis, num. 26.
- 22 **N**ovitius quamvis interessendo electionibus efficiatur tacite profectus, tamen vox ejus non valet, & cur.
- 23 **E**lectio facta à non ex stente in quasi possessione juris eligendi, quamvis si nulla, tamen constituit eum in quasi possessione.
- 24 **P**rofectio tacita ut inducatur per exercitium actus professorum quas conditiones requirantur, & num. *seqq.* usque in finem.
- 25 **M**etus & violentia sicut excusant à professione expressa, ita & fortius à tacita, nisi sequatur ratificatio.
- 26 **I**gnorantia actum ad profectos tantum pertinere per illius exercitium non præsumitur tacite profiteri.
- 27 **P**rofectio tacita an requiratur animus positivum profectio.
- 28 **P**rofectio tacita non inducitur nisi scientibus & consentientibus iis, quorum est Religio incorporare.
- 29 **T**riduo perseverantia post professionem, in quis casibus requiratur & n. *seqq.* usque ad n. 39.
- 30 **G**eminatio actus malum operatur.
- 31 **T**riduo perseverantia, an requiratur in eo qui infra annum probationis profectus expressit.
- 32 **E**t quid in eo qui in infirmitate suscipit habitum professorum.
- 33 **E**t quid in eo qui post votum de ingrediendo Religionem habitum professionis assumit.
- 34 **E**t quid post Concilium Tridentinum.
- 35 **P**rofectio tacita, an & quando sit exclusiva Decretis Concilii Tridentini.

Vidua. Novitia que sponte se ingerit actibus professorum per hoc censetur tacite profiteri. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. In prima solvitur dubium. In secunda solutionem ampliat hic licet.

Nota primò ex principio textus, virginiam seu continentiam præteritam non esse de substantia Monachatus, sed futuram tantum, secundum Anton. de Butr. n. 1. & Joan. de Anan. n. 2. ad hoc c. *Vidua* 20. q. 1. c. *Vidua* & c. de *viduis* 27. quas primò, capite *Virgines* 27. distinctione & c. *Cum ad Monasterium*, veri. Non aliter Abbas inf. de *stat. Monach.*

Secundò nota hic *velum conversionis*, quamvis non sacrum, multiplex esse velum Religionis. Primum enim est velum conversionis, id est probationis: quod assumunt femine, cum de seculari vita ad Religionem transeunt & cum per annum portaverint, amplius exire non possunt ut in c. *Statutum infra eodem*, & de hoc loquitur c. *Consultat infra*, *qui Cler.* vel *vov.* hic de manu Presbiteri velamen assumptum, scilicet probationis, ut ibidem explicat glossa 2. & Innoc. de *præter.* Et hoc communiter est album; cum tamen alia vela sunt nigra, ut inquit Turrescrem. in c. *Devotis* in 9. q. n. 11. 20. q. 1. Secundum est velum professionis quod datur feminis in professione, cum continentiam protulerint; & quandoque imponitur puellæ, dummodò de Jure communi sit duodecim annorum, c. *Puella* 20. q. 2. & ex Concilio Trident. annorum sexdecim, ut in cap. 15. *sess.* 25. de *Regular.* Quandoque imponitur viduæ seu corruptæ, ut c. *Perlatum supra* quod *met. caus.* & hoc velum viduæ possunt non tantum de Altari recipere à Sacerdote, d. c. *Consultat* & d. c. *Vidua*, vel ab Episcopo, ut d. c. *Perlatum*; sed etiam sibi ipsi imponere, ut hic patet & notat glossa 2. Innoc. n. 4. in verbo *Sacrum*, Butr. n. 9. Card. in 1. *oppos.* & alii communiter. Nec obstat textus in c. *fin. de instit.* quoniam loquitur de actu sapiente auctoritatem, quem quis non exercet in seipsum secundum Card. ubi *supra* & in c. *Cum in Jure de elect.* vel dic melius ex mente Abbatis hic n. 5. veri. & in quantum. Ex sola veli impositione quam sibi facit vidua, non induci tacitam professionem; sed ex consensu ab eis præstito qui possunt Religioni incorporare; nam cum profectio sit contractus reciprocos, consensus solus profectio non sufficit, ut c. *Perlatum*; & hic plenè adnotavi n. 18. & *seqq.* Ad Apostolicam infra eodem & inferius patebit n. 31.

Tertium est velum consecrationis, quod solis virginibus datur ab Episcopo & in vigesimo quinto anno, ut c. *Placuit* 77. *dist.* & de hoc intelligitur verba que habentur in d. c. *Devotis* 20. q. 1. videlicet viduas velare Pontificum nullus attemptet, ut hic per Archid. n. 3. que autem sit ratio diversitatis cur Sacerdos qui habuit uxorem, possit in Episcopum promovet & consecrari, ut c. *Præteritatis* 34. *dist.* & tamen vidua Monasterium ingressa non consecratur, ut in d. c. *Placuit* & c. *Devotis* optime declarat glossa in c. *Acutus* in verbo *Consecrari* 26. *dist.* & in materia vide bonam glossam in c. *viduas* que in verbo *Ab Altari* 27. q. 1. Quartum est velum Ordinationis, quod olim imponebatur Diaconissis in quadagesimo anno; ut possent Evangelium legere in Nocturnis, unde dabatur eis ab Episcopo Brevarium ad tangendum ubi sunt homines de Evangelio in Martini; & de hoc velo habetur in c. *Sanctimoniales* 20.

q. 1. & c. *Diaconissim* 27. q. 1. de quo vide quod hic notat Collesarius n. 37. Quantum denique est velum Probationis, quod antiquitus dabatur Abbatissæ in sexagesimo anno, ut in c. *Juvencales* 20. q. 1. Sed per Jura Sexti ubi annum vigesimum complevisset, c. *Indemnatibus* in *prin.* de *elect.* lib. 6. Hodie vero non datur minoris annis quadraginta, ut in Decreto Concilii Tridentini, c. 7. *sess.* 25. de *Regular.* nisi in casibus hic expressis de quo die ut scripti plenè in c. *Cum in cunctis* in 9. q. *prin.* à num. 113. usque ad n. 124. *suprà* de *elect.* & de his quinque velis notat hic Host. n. 1. & Henric. Boich. in *prin.* & Julius Turrecr. in d. c. *Devotis* in 9. q. n. 11. licet tamen recenset glossa Joannis in c. *Illud autem*, §. *Velamen* 20. q. 1. dicens per hanc distinctionem multa sedari contraria. Sed quantum, id est velum conversionis seu probationis addit etiam Archid. in d. §. *Velamen*, n. 2. & post eum Bellam. in *prin.* & de hoc velo loquitur hæc Decretalis secundum unum intellectum. Alii tamen & præsertim Abbas n. 5. pro eodem accipiunt velum conversionis & professionis. Sed contra, quia si hæc vidua velum professionis suscepisset, ex hoc sola fuisset tacite profecta, nec fuisset opus ut inter velatas, cum velum professionis votum Religionis habeat annexum, ut c. *Statutum*; & hic notat glossa 3. Abb. Antiq. in verbo *Novitior*, Host. n. 1. in verbo *Religio* & n. 2. & Butr. n. 6. infra eodem; & tamen textus ponderat copulativè tam impositionem veli quam oblationem, ita ut alterum non sufficiat secundum Innoc. & Doctores. Solve ut dicam infra n. 32 & 37. Numquid autem Moniales possent portare crines: vide per Archid. in c. *Quicumque* 30. *dist.* & per Collesar. hic n. 4.

Ultimò nota hic licet *Sacramento*, non fieri juramento alicujus in dependentibus ab animo & conscientia ipsius, quando ex actibus externis insurgit contraria præsumptio; animus enim probatus per extrinseca, non admittit probationem in contrarium per solum juramentum, ut hic per Anchar. n. 4. Abb. n. 5. & Joan. de Anan. *ead. num.* Præsertim si præsumptio que oritur ex actibus exterioribus sit Juris & de Jure, prout est præsumptio tacite professionis in casu hujus viduæ per susceptionem veli professionis & per exercitium actus professorum secundum Anton. de Butr. n. 4. contra quam præsumptionem probatio directa non admittitur ut hic & in c. *Quid interrogasti* 27. *dist.* & in c. *Quæ progeneritores* 20. q. 1. ad quod vide bonam glossam in c. *ex parte* in verbo *per annum infra eodem*, admittitur tamen probatio indirecta, ut declarat idem Butr. hic n. 5. & 12. in *fin.* & scripti plenius in c. *Significatum* n. 17. & 40. infra eodem. Ubi verò per actus externos de animo non apparet, tunc bene statuitur juramento & sicut conscientie quis relinquatur, ut c. *si verò* n. 2. *infra* de *sent. excomm.* & notatur in c. *Significasti* il *primo* in *glossa* in verbo *si ita est* de *homic.* & in c. *Præsentium supra* de *test.* & tenent Butr. Anchar. & alii proxime citati.

Ex prædictis nonnullibus venio ad materiam, ad cujus evidentiam præmittendum est primò, professionem que secundum Archid. in c. 1. in *prin.* infra eodem lib. 9. & Lapum allegat. 129. n. 10. nihil aliud est quam certe Religionis solemnem promissio esse in duplici differentia, notat Host. in c. *Instituente* n. 2. *infra* *Qui Cler.* vel *uv.* Abb.

(Accevedo.)

- 14. *Sectione.*
- 15. *Annus probationis debet esse completus.*
- 16. *Annus naturalis in quo differat à civili, ibid.*
- 17. *Horarum momenta non videntur digna animadversioe legislatorum.*
- 18. *Annus ex consuetudine civiliter accipitur.*
- 19. *Minor non dicitur, qui diem supremam agit anni vigesimi.*
- 20. *Annus naturalis conficitur diebus 365. & horis serè sex ex quibus annus bissextilis.*
- 21. *Completum dicitur licet super sit aliqua pars illius.*
- 22. *Annus ubi incipit, ibi desinit & resolvitur.*
- 23. *Annus unde dicitur.*
- 24. *Levis omisso non vitios nisi sit de forma.*
- 25. *Decretum irritans importat formam.*
- 26. *Professio emissa eadem die & hora suscepti habitus, quo anno Gregorius XIII. decem dies sustulit à mense Octobris est invalida.*
- 27. *Annus bissextilis non dicitur majus spatium quam anni.*
- 28. *Dies additus bissesto necessarius est, ut annus probationis sit completus.*

Ad nostram. Minor quatuordecim annis per professionem Religioni non obligatur. Idem in majori qui sine probatione suscepit habitum professorum quem dimittit infra triiduum. Hoc dicit. Prima pars factum narrat. Secunda dat iudicem ibi; *Quia verb.*

- 1. Nota primò, ita demùm professionem probari per susceptionem habitus professorum post annum decimum quartum expletum, si præcesserit annus probationis, aliàs non, nisi detur perseverantia triidui. Major igitur quatuordecim annis, qui sine probatione habitum professorum suscepit, ex hoc ipso non dicitur professus, ut si triiduo perseveret; quia hoc ipso quod infra triiduum pernituit, presumitur sine deliberatione intrasse, ut dicit hic Abb. Antiqui. nu. 1.
- 2. Dixi, ex hoc ipso; quia si præter assumptionem habitus hujusmodi ingressus se immiscuisset aliis actibus, qui à solis professis fieri consueverunt, non requireretur perseverantia triidui. Et ita procedit text. in cap. *Vidua super eod.* ut ibi plene notari à n. 32. *usque ad n. 39.*
- 3. Qui verò præcedente probatione suscepit habitum professorum, id est in colore scissura vel forma patenter distinctum ab habitu Novitorum, iuxta text. in Clem. *Eos, de Regul.* hoc ipso esse professus & religioni alligatus, etiam non data perseverantia triidui, ut hic.
- 4. Sed hodie hæc locum non habent, quia decreto Conc. Triid. in cap. *15. sess. 25. de Reg.* professio facta ante annum decimum sextum completum & exactum annum probationis non valet, nullamque inducit obligationem ad aliquos regulæ, vel ordinis observationem, vel ad alios quocumque effectus. Aut igitur annus probationis non præcessit & per assumptionem habitus professorum etiam post annum decimum sextum ætatis non inducitur tacita professio etiam data perseverantia triidui, quia Concilium in d. c. 15. sicut sustulit professionem expressam ante annum probationis ita & tacitam ut sæpius censuit S. Congr. Et in hoc corrigitur dispositio hujus decretalis secundum quam censetur professus, qui per susceptionem habitus professorum in legitima ætate triiduo perseverat, etiam non precedente probatione, aut annus probationis præcessit & tunc per susceptionem habitus professorum post ætatem legitimam inducitur professio tacita eo ipso, etiam non data perseverantia triidui, ut clarè hic deciditur, & in c. 1. *inf. eod. lib. 6. ibi, vel habitum religionis suscipiat, qui dari profertibus consuevit.* Imò hoc casu non solum per assumptionem habitus professorum, sed etiam ex continuatione per annum habitus indistincti, id est tam à novitiis, quam à professis gestari soliti, inducitur tacita professio sine ulla triidui perseverantia, ut probatur in d. Clem. *Eos, de Reg.* ponderando verbum, *hoc ipso*, id est concessum, & in ipso temporis momento post annum exactum à die susceptionis habitus indistincti. Quamquidem tacitum professionem post annum decimum sextum & post peractum annum probationis Concilium sustulit, ut similiter pluries declaravit S. Congregatio.
- 5. Secundo nota ibi, *consummationem*, in materia professionis diem ceptam non haberi pro completa, sed tempus curere de momento ad momentum, ut hic, & in c. *Illud 21. q. 1. & in c. Significatum, infra eod.* & tenet hic gloss. secunda Innoc. n. 1. Holt. n. 4. Joan. Andr. n. 6. in gl. 2. But. n. 8. Card. n. 2. in 2. *q. post.* Anc. n. 1. & Ab. num. 5. & latius dicam infra nu. 21. 22. & 23. Unde infertur, ut vincitur professio si fiat per aliquot horas ante probationem completam iuxta decreto Conc. Triid. in c. 15. *sess. 25. de Reg.* Hunc articulum plene examino in questione sequenti.

Quæro, utrum professio emissa peracto anno probationis eadem die suscepti habitus, sed ante horas circiter quinque, sit valida, necne. Et id ipsum queritur de professione emissa

- 27. *Novitius qui à Monasterio exiit, ut alius Religiosum ingrederetur, & in ea duas horas permansit, rediit tenetur incipere novam probationis annum.*
- 28. *Novitius professio proximus aeris testatur.*
- 29. *Minores 25. annis dicuntur quousque ad horam Nativitatis pervenerint.*
- 30. *Ad Matrimonium sufficit ultimum diem anni decimi quarti, secus in Matrimonio spiritali, & cur, ibidem.*
- 31. *Annus tacite professionis quando incipiat, & finatur.*
- 32. *Dies capta habitus pro completa prout suadet favor vel adim, ut daret vel finatur.*
- 33. *Annus probationis cur instituitur.*
- 34. *Favor est tam Professus, quam Religiosis, ut annus probationis, daret usque ad ultimum momentum.*
- 35. *Professio facta ante annum probationis nullam parit obligationem etiam ad Religionem in genere.*
- 36. *Tempus an currat de momento ad momentum, & ista est forma verborum.*

per aliquot horas ante expletum annum decimum sextum iuxta decreto, Conc. Triid. in d. c. 15. *sess. 25. de Reg.* Pro validitate professionis infra scripta præcipi adduci possunt.

Primò, in his que respiciunt favorem alicujus, dies capta habetur pro completa, l. *Qua etate, ff. de testam. l. 1. ff. de manumiss. Gl. Bart. & alii in l. 3. §. Minorum, ff. de Minor. Canonice in c. Si annus, de Jud. in 6. gloss. in c. Cum in cunctis, in ver. Exceperit, de elect. que communiter approbatur, ut testatur hic Abb. n. 6. Quintil. Mandof. post alios, quàmplures quos citat n. 19. *Regula Cancellar. q. 18. n. 8. Rota decis. 73. n. 41. & seq. par. 2. divers.* Quod verò in hac specie versemur in his que favorem respiciunt, patet tum ex parte profitentis, tum Religiosis. Ex parte profitentis, qui per professionem in viam perfectionis dirigitur, & servit ei, cui servire regere est, ut inquit Gemin. in c. 1. n. 7. *de Regal. in 6. post Joan. Andr. in c. Cum virum, ubi etiam Abb. n. 6. inf. eod.* Ideoque minor professus non relinquatur tanquam levis, Specul. in tit. *de restit. in integr. in 2. par. §. Qualiter ver. Sed nunquid minor. Archid. in d. c. 1. de Regal. in 6. & DD. in d. cap. Cum verum. Quin imò ex professione regulari non inferri damnum, sed maximam utilitatem docet D. Thomas *quodl. 3. art. 3.***

Ex parte verò Religiosis versatur favor, quia sua interest sibi conversari subsidiis ac filios, quos pavit, & summa est ratio, que per Religionem facit, l. *Sunt persone, ff. de relig. & sum. juner. Silveit. post alios in ver. Relig. sub n. 3. ubi loquitur in puncto computationis temporis quoad annum probationis.*

Secundo, præcepta humana moraliter accipienda sunt, moraliter autem perfectum dicitur, quod parum distat à perfectione. Arist. 1. *Physic. D. Thom. in 4. dist. 27. q. 2. art. 2. ad 3. Silveit. & Tabien. in ver. Sponsalia, Jo. Andr. in c. Littera, de spons. impub.*

Tertio, tempus probationis à Sacris Canonibus indultum est, ut Novitius alpernitat Monasterii, & Monasterium mores Novitii valeat experiri, c. *Ad Apostolicam infra eodem.* Mores autem, & alpernitatem non probatam integro anni spatio utique Monasterium, & Novitii nullo modo probare poterunt minutissimo illo quinque horarum intervallo; vel certe si probantur, verisimiliter nihil eo momento poterit accedere quod illos abducat à professione recipienda, vel emittenda.

Quarto, decretum Conc. *sess. 25. c. 15. de Reg.* nihil aliud exigit, quam annum probationis completum. Annus verò in naturalem, & civilem distinguitur. Naturalis est qui diebus & horis conficitur, & de momento in momentum computatur. Civilis, quem etiam vulgarem, seu artificialem appellant, absolvitur 365. diebus, ita ut qui ad initium extreme diei pervenerit, annum complevisse dicatur, ita probat textus in l. *Annulus, la 2. ff. de verbor. signif. in hæc verba: Annulus non statim ut unus est, liber est, sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente planè, non exacto die, quia annum civiliter, non ad momenta temporis numeramus.* Et ita hanc distinctionem anni civilis, & naturalis tradunt hic DD. Brachæus in l. *Annulus, la 1. eod. tit. Jacob. Butrigar. Instur. de action. in prin. Bart. in l. Libellorum n. 15. ff. de accusat. Archid. Joan. Andr. & Canonice in c. Si propter de refer. in 6. Textus autem Concilii dum loquitur de anno probatorio in completo, non videtur intelligendus de anno naturali sed de civili. Tam parva enim horarum aliquot momenta non satis digna videntur animadversione legislatorum, ut inquit Connan. *lib. 3. Conmen. juris civilis, c. 12. col. 2. & paulo ante: communi*, inquit, loquendi consuetudine inductum est, ut dies non decendantur momentis, sed totis, & integri numerentur. Et hoc ip-*

sum esse de consuetudine ut annus civiliter accipatur docet glossa in d. l. *Annulus in ver. Civiliter*, & hic DD. *ff. de verbor. signif. ubi Rebuff. in ver. Sequitur. Dum, inquit, in iure sit mentio de anno, computatur ad 365. dies non per momenta temporum in horas, vel semihoras.* Hanc esse communem consuetudinem loquendi, à qua non est recedendum, testatur Brachæus in d. l. *Annulus. Sed & Bald. in 17. c. Cum in cunctis, n. 3. de elect. sic ait: Quæro quot diebus impletur annus? Respondeo 365. diebus; de punctis horarum lex non curat. Rursum non potest dici istis diebus minor tempore quam per annum in probatione, ut Concilium exigit, qui supremam diem attingit, sicut minor non est qui diem supremam agit anni vigesimi, ut inquit ad litteram text. in l. 1. *ff. de manumiss.**

Quinto, Concilium non intellexisse de anno naturali ex hoc etiam deprehendi potest, quia annus proprie conficitur ex diebus 365. & horis serè sex. Quæ quidem sex horæ quatuor annorum spatio integram diem constituunt, unde fit annus bissextilis, sic declarat gloss. in c. *Quadragesima, in ver. Dies de confer. dist. 5. & in Clem. 1. §. Licet igitur, in ver. Certum diem de relig. & vener. Sanct. gl. & DD. in d. l. 3. §. Minor, ff. de minor. & in l. Bissexto, ff. de verborum significatio. Archid. in capite Si propter, numero tertio de refer. in 6. Antonius de Butrio in capite *Quærenti in fine de officio deleg. Quintil. Mandof. ex sententia Mathematicorum in reg. 10. Cancell. q. 4. n. 8. Unde Cicero de natura Deorum. Circuitus, inquit, Solis orbium V. & LX. & CCC. quarta serè diei parte addita conversionem conficitur annuum. Si ergo Concilium fuisse locutum de anno naturali, planè à die suscepti habitus usque ad professionem emissam deberent intercedere dies 365. & serè sex horæ; & sic Novitius qui exempli gratia Kalendis Janii horæ x. habitum suscepisset, deberet profiteri sequentibus Kalendis Junii horæ 16. aliquo professo antea facta nullius esset momenti. Quod certe si verum esset, quàmplurimæ professiones subvertenter, cum in multis Religionibus fieri soleat post annum eadem horæ suscepti habitus vel paulo post. Loquitur ergo Concilium de anno civili cuius laus est supremam diem attingit, ut absolutus censetur ex supra dictis.**

Et confirmatur, nam cum alias dubitatum esset in Sacra Congregatione Concilii; an qui ad Diaconatum promotus fuerat anno 1566. in quatuor Temporibus Quadragesimæ, posset anno 1567. sequenti ad Prebiteratum promoveri: licet lapsus non esset integer annus, quia Pascha anni 1567. celerius adveniret quam præcedens, Sacra Congregatio censuit posse, quia quicquid Ecclesie istæ videtur annus integer. Quam Congregationis Sententiam Clemens VIII. ad se relatum approbavit.

Ultimò hanc Sententiam omisit recentioribus ante Concilium secutus est Rebuff. in lege *Annulus, la 2. vers. Decimo professo tacito, ff. de verborum significatio*, dum exemplificat dictam legem *Annulus* in anno probationis.

- 1. *Annus probationis debet esse completus.*
- 2. *Annus naturalis in quo differat à civili, ibid.*
- 3. *Horarum momenta non videntur digna animadversioe legislatorum.*
- 4. *Annus ex consuetudine civiliter accipitur.*
- 5. *Minor non dicitur, qui diem supremam agit anni vigesimi.*
- 6. *Annus naturalis conficitur diebus 365. & horis serè sex ex quibus annus bissextilis.*
- 7. *Completum dicitur licet super sit aliqua pars illius.*
- 8. *Annus ubi incipit, ibi desinit & resolvitur.*
- 9. *Annus unde dicitur.*
- 10. *Levis omisso non vitios nisi sit de forma.*
- 11. *Decretum irritans importat formam.*
- 12. *Professio emissa eadem die & hora suscepti habitus, quo anno Gregorius XIII. decem dies sustulit à mense Octobris est invalida.*
- 13. *Annus bissextilis non dicitur majus spatium quam anni.*
- 14. *Dies additus bissesto necessarius est, ut annus probationis sit completus.*

Ad nostram. Minor quatuordecim annis per professionem Religioni non obligatur. Idem in majori qui sine probatione suscepit habitum professorum quem dimittit infra triiduum. Hoc dicit. Prima pars factum narrat. Secunda dat iudicem ibi; *Quia verb.*

- 1. Nota primò, ita demùm professionem probari per susceptionem habitus professorum post annum decimum quartum expletum, si præcesserit annus probationis, aliàs non, nisi detur perseverantia triidui. Major igitur quatuordecim annis, qui sine probatione habitum professorum suscepit, ex hoc ipso non dicitur professus, ut si triiduo perseveret; quia hoc ipso quod infra triiduum pernituit, presumitur sine deliberatione intrasse, ut dicit hic Abb. Antiqui. nu. 1.
- 2. Dixi, ex hoc ipso; quia si præter assumptionem habitus hujusmodi ingressus se immiscuisset aliis actibus, qui à solis professis fieri consueverunt, non requireretur perseverantia triidui. Et ita procedit text. in cap. *Vidua super eod.* ut ibi plene notari à n. 32. *usque ad n. 39.*
- 3. Qui verò præcedente probatione suscepit habitum professorum, id est in colore scissura vel forma patenter distinctum ab habitu Novitorum, iuxta text. in Clem. *Eos, de Regul.* hoc ipso esse professus & religioni alligatus, etiam non data perseverantia triidui, ut hic.
- 4. Sed hodie hæc locum non habent, quia decreto Conc. Triid. in cap. *15. sess. 25. de Reg.* professio facta ante annum decimum sextum completum & exactum annum probationis non valet, nullamque inducit obligationem ad aliquos regulæ, vel ordinis observationem, vel ad alios quocumque effectus. Aut igitur annus probationis non præcessit & per assumptionem habitus professorum etiam post annum decimum sextum ætatis non inducitur tacita professio etiam data perseverantia triidui, quia Concilium in d. c. 15. sicut sustulit professionem expressam ante annum probationis ita & tacitam ut sæpius censuit S. Congr. Et in hoc corrigitur dispositio hujus decretalis secundum quam censetur professus, qui per susceptionem habitus professorum in legitima ætate triiduo perseverat, etiam non precedente probatione, aut annus probationis præcessit & tunc per susceptionem habitus professorum post ætatem legitimam inducitur professio tacita eo ipso, etiam non data perseverantia triidui, ut clarè hic deciditur, & in c. 1. *inf. eod. lib. 6. ibi, vel habitum religionis suscipiat, qui dari profertibus consuevit.* Imò hoc casu non solum per assumptionem habitus professorum, sed etiam ex continuatione per annum habitus indistincti, id est tam à novitiis, quam à professis gestari soliti, inducitur tacita professio sine ulla triidui perseverantia, ut probatur in d. Clem. *Eos, de Reg.* ponderando verbum, *hoc ipso*, id est concessum, & in ipso temporis momento post annum exactum à die susceptionis habitus indistincti. Quamquidem tacitum professionem post annum decimum sextum & post peractum annum probationis Concilium sustulit, ut similiter pluries declaravit S. Congregatio.
- 5. Secundo nota ibi, *consummationem*, in materia professionis diem ceptam non haberi pro completa, sed tempus curere de momento ad momentum, ut hic, & in c. *Illud 21. q. 1. & in c. Significatum, infra eod.* & tenet hic gloss. secunda Innoc. n. 1. Holt. n. 4. Joan. Andr. n. 6. in gl. 2. But. n. 8. Card. n. 2. in 2. *q. post.* Anc. n. 1. & Ab. num. 5. & latius dicam infra nu. 21. 22. & 23. Unde infertur, ut vincitur professio si fiat per aliquot horas ante probationem completam iuxta decreto Conc. Triid. in c. 15. *sess. 25. de Reg.* Hunc articulum plene examino in questione sequenti.
- 6. Quæro, utrum professio emissa peracto anno probationis eadem die suscepti habitus, sed ante horas circiter quinque, sit valida, necne. Et id ipsum queritur de professione emissa

propter num. 3. *vers. Annus dicitur, de rescript. in 6. censuram annu dicitur abana, quod est circum, & nonas, quæsi circumiens, per text. in cap. Quadragesima, de confer. dist. 5.* Ergo cum Novitius aliquot horis deficientibus minor tempore, quam per annum iteret in probatione; non videtur valida illius professio.

Et èo magis, quia jus commune, à quo Concilium recipit interpretationem passivam, non solum exigit, ut Novitius non iteret in probatione minori tempore, quam per annum, sed etiam requirit, ut annus sit elapsus, ut est text. in d. c. *Non solum, de Regul. in 6. hic, Districtus inhihemus ne ante annum probationis elatum quemquam ad professionem vestri ordinis recipere presumat.* Certum est autem annum non posse dici elapsum, nisi ultimum momentum supremæ diei excefferit, ut scribit Pharusius in contrarium allegatus in *tract. de momen. tempor. cap. 30. num. 2.*

Secundo, levis omisso, quamvis regulariter non vitiet actum, l. 1. *fn. ubi Bart. notat, ff. de ventr. inspic. Aliud tamen est quando id quod omnittur est de forma, c. Cum dilecta, & hic Felin. post alios n. 56. de refer. Dec. in c. de appellationibus n. 17. de appellat. Annus autem complectur, cum in Concilio adjectum decretum irritans, est de forma, ut per Bald. in l. *ff. de liber. & posth. Felin. in d. c. Cum dilecta n. 29. Navarr. de Regul. cons. 82. n. 3.* Ergo ex omissione horarum quantumcumque levi irrita videtur professio.*

Tertio, cum anno 1582. Gregor. XIII. à mense Octobris decem dies sustulisset; Rota in causa Hispanen. professionis, resolvit invalidam esse professionem emissam eadem die, & hora suscepti habitus ab anno probationis, licet S. Congr. super hoc aliàs noluerit respondere. Quæ etiam die 6. Novembris 1592. censuit habendam esse rationem tam in promovendis ad Ordines, quam in admitrendis ad professionem illorum decem dierum subtrahentium in Calendario Gregor. XIII. ita ut addendi sint illi decem dies detrahi. Ex quo sequitur ut ab anno 1565. usque ad 1598. & sic per spatium 32. annorum professiones omnes emisse ab his, qui putabant se complevisse decimum sextum annum, sint omnino nullæ, deficientibus nimirum decem illis diebus. Concilium enim exigit decimum sextum annum completum *dist. 15. c. 16. vers. Finito tempore sess. 25. de Regul. Et tamen quemadmodum videmus annum bissexilem ab additione diei à Superiore facta non dici majus spatium, quam anni, ut l. Cum bissexto, ff. de verbor. signif. etiam ad effectum, de quo agitur, *Lessius de just. & jure lib. 2. c. 41. vers. Hinc sequitur*, ubi dicit diem additum bissexto esse necessarium ad hoc, ut annus probationis dicitur completus, ita è converse lo ex detractione quorundam dierum Pontificis iusta non videbatur illud spatium posse dici brevius, quam unius anni. Et tamen professiones fuerunt declarate irritæ. Ergo multo magis hoc videtur dicendum in casu presenti.*

Quarto, S. Congr. consultà à Procuratore Generali Ordinis Minorum annis superioribus, an Novitius qui à Monasterio, ut aliam Religionem ingrederetur, aberat ac duas tantum horas in alio Conventu moram traxerat, ac statim deinde facti penitens reverus fuerat, teneretur incipere novum annum probationis, respondit teneri ab eo die, quo redit. Ergo quemadmodum defectus duarum horarum in medio anni reddit irritam professionem ex sententia S. Congreg. ita etiam videtur eam irritare defectus horarum quinque in fine: æquib enim ad professionis validitatem exigitur, ut annus sit completus, atque ut sit continuus, *Lap. alleg. 46. num. 6.*

Quinto, illis quinque horis moraliter potest contingere, ut Novitius eos leniat stimulos, quos nunquam antea expertus sit. Communis enim inimicus eo potissimum tempore, quo Novitius est professioni proximus, vires acuit, omnemque nervos intendit, ut illum à professione deterreat arg. c. *Nulli 3. q. 1. & hic Turrecr. & docet D. Bonav. in opere quod inscribitur, Speculum disciplina ad Novitios, par. 1. cap. 2. Quin etiam Superiores èo strictiorem denunciant Religionis regulam, quò novitii sunt ad professionem proximiores, ut certiores fiant, an vero zelo, an potius humano aliquo affectu statum Religionis delegerint, ut usus quotidianus docet.*

Sextò in his, in quibus annus expletus exigitur, defectus horæ sapissimè facit, ut annus non censetur integer. Sic minores 25. annis licet ultimum diem affectu, dicuntur tamen minores, quousque ad horam Nativitatis pervenerint, hic est lex, ad litteram in l. 3. §. *Minores, ff. de minor.* Sic in omnibus temporibus actionibus, nisi totus novissimus dies compleatur, non sunt obligationem. Sunt verba text. in l. *In omnibus, ff. de ad. & obligat. & plurimos casus similes cumulat Pharusius in tract. de momen. c. 30. n. 1. & Tiraquell. de utroque retract. §. 1. gloss. 2.*

Nec refragatur, quòd in Matrimonio satis fit ceptam esse ultimam diem ætatis. Si quidem in his terminis non procedit argumentum à Matrimonio carnali ad spirituale, quia non

tantum quis obligatur in illo, sicut in ingressu Religionis. Ita in puncto declarat Imol. in Clem. 2. num. 5. post. gloss. hic in ver. *Adm. de Regul. & Abb. in c. Pofulasti num. 3. infra cod.*

Septimo, secundum hanc sententiam in terminis tacite professionis videtur etiam alia respondisse S. Congr. Concilii ponderando duas declarationes infra scriptas. Nam cum olim dubitatum esset, an tacita professio que non est exclusa decreto Concilii inciperet completo decimosesto anno, & an itam post dictum tempus emissa censeretur, S. Congreg. censuit tacitam professionem incipere à prima hora post perfectum annum 16. & finire anno 17. Alias verò censuit Concilium c. 15. sess. 25. de Reg. non fuisse tacitam professionem, que inducitur per annum, & diem computandam à die post decimum sextum annum perfectum ejus qui Monasterium ingressus est. Quamvis enim hæc duæ declarationes invicem discrepare videantur, tamen non est ita, nam dum in prima decisione dicitur annus tacite professionis incipere à prima hora post perfectum annum decimum sextum, satis innotuit tempus currere de momento ad momentum. Et quamvis adiciatur professionem finire anno 17. tamen hoc ita intelligi debet, ut hic annus sit omnino absolutus, cum sumatur initium ab hora, & momento temporis; neque enim requiritur, ut annus decimus septimus fuerit transactus cum agatur de professione tacita, que à jure inducitur in instanti; & ultimo momento ejusdem anni decimoseptimi, ut inferius explicabitur. In secunda verò, quia terminus à quo non sumitur ab hora, sed à die post 16. annum, & dies termini non computatur in termino, Ideo S. Congr. dixit tacitam professionem induci post annum & diem, juxta text. in cap. *Puella*, hic, at si per annum & diem 20. qu. 2. ut sic non sufficiat supremam diem attingisse, sed oporteat illam esse omnino absolutam & consummatam. Atque ita ex sententia S. Congregationis dies coepta in hac materia non habetur pro completa.

Octavo, tamen illa questio, an tempus computetur de momento ad momentum, & an ultima dies anni coepta habeatur pro completa, variè sit à DD. agitata, & ob textum, ac rationum diversitatem valde ambigua sit, multique limitationibus atque ampliationibus implicata, ut videre est apud Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 11. n. 17. cum seqq. & apud Juristas in l. 1. ff. de manumiss. in l. Si cui. ff. de legat. 1. & Canonitas in c. Cum in cunctis, de elect. tamen frequentius recepta est opinio glossæ in l. 3. §. Minorum, ff. de minor. ut distinguendum sit an in materia, de qua agitur, versetur favor, vel odium, ut dies coepta pro impleta, vel non adimpleta habeatur, prout favor suadet haberi, vel non haberi. Hanc glossæ opinionem sequuntur hic Barr. & Alber. qui testatur in hac questione semper ad eam gl. recurri solere, explicatque clarissime diem coeptam non haberi pro completa ubi est favor, ut tempus duret, & haberi, ubi est favor, ut tempus finiatur. Idem tradit gloss. in l. c. Cum in cunctis, in verb. Exegerit, de elect. cum qua transeunt hic DD. & Abb. n. 6. testatur communiter eam glossam approbati, & de communi etiam testatur Tiraq. d. gloss. 11. num. 44.

Supposita igitur hac sententia, que receptissima est, illud in casu nostro inspicere oportet, an sit favor, ut tempus protrahatur usque ad ultimum momentum, vel ut quantocumque finiatur. Et quidem favorabile esse, ut duret toto novissimo die anni probationis, satis clarum esse videtur. Nam hic annus instituitur est favore utriusque, id est tam Religionis, quam Novitii, ut illa probet mores novitii, hic verò austeritatem Religionis, c. Ad Apostolicam, infra eodem. At verò favor est novitii, ut hæc deliberandi libertas, seque jugo Religionis submitteat, ac alligandi duret usque ad ultimum temporis momentum. Favor etiam est Religionis; cuius intereet prorsus voluntarios habere milites, cap. Non est 15. qu. 1. c. Praesens 20. qu. 3. quique integro anno de Religione consulto deliberantes firmo proposito illi tandem se devoteant. Ad hoc c. Monasterium 19. quass. 3. & quod notat Host. in d. cap. Ad Apostolicam n. 4. infra eod. Ut enim habetur in c. Non solum, eod. tit. in 6. de elec. & expedit, ut in hac conscientie puritati non desit iudicium rationis, ne unde spiritualis profectus queratur, salutaris dispendium subsequatur. Et ex consequenti cum favor in eo versetur, ut latius sit tempus, nec ullum momentum precipitatur novitii; ultima die coepta non debet haberi pro completa.

Neque huic fundamento obstat, quòd summa sit ratio; que pro Religione facit, l. Sant. persone, ff. de relig. & jamp. sumer. adeò ut favor esse videatur quem citò Religionis aligeri. Quia primò responderetur, tamen aliter esse Religionis summi sit favor, tamen antequam talis efficiatur, summum esse favorem eum integra plenitudine temporis de Religione deliberare.

Quin imò gloss. singularis hic in verb. Consummationem, in regulis, inquit, observatione gravitas est & labor, & sic

odium; & idem annus completus exigitur, arg. suprà cap. Quia in instanti. Quam glossam sequuntur hic Imol. & Anton. de Butt. Difficilis enim est virtus mutatio, & cum animæ sit labor, ut dicit text. in hoc casu in Auth. de Monach. c. 2. §. Sanemus ergo collat. 1. & Jo. Andr. hic n. 2. vers. Et hæc ratio probatur. Et hæc dura sunt ad portandum homini desphito & non assueto, ut Host. inquit in §. & sequuntur alii quos retuli supra in 2. notat. Ad quod confert etiam doctrina Specul. in 4. lib. tit. de statu Monach. qu. 63. ubi ait: (Quando dubitatur qua de causa quis intraverit Religionem, ante annum presumitur pro novitio, post annum pro religione.) Ob quam rationem Trident. Concilium annum probationis, qui de partium consensu remitti poterat, juxta cap. Ad Apostolicam, infra eod. vetuit posse remitti, noluitque professionem antea factam parere obligationem etiam ad Religionem in genere, ut habetur in c. 15. sess. 25. de Reg. id scilicet intendens, ut Religionis professionem magna precederet deliberatio. Hanc autem legem penalem nullitatis professionis fuisse à Concilio latam in favorem profitentium, nec habendam esse rationem præjudicii Monasterii, tradit clarè Navarr. post Dec. quem citat in cons. 31. n. 4. de Regular.

Respondetur secundo, quomvis annus probationis sit institutus favore utriusque, scilicet tam profitentis, quam Religionis recipientis; tamen revera principaliter indulgentum esse in favorem ingredientis, ut post Archid. tradunt in c. Non solum, de regul. in 6. Gemin. n. 4. Anchar. in 6. notat. & Franc. in 3. & deducitur ex textu d. c. Non solum, dum sit annus probationis in subsidium humane fragilitatis esse regulariter institutum. Ideoque potius spectandus est favor novitii, quam Religionis, ut concludit Host. in d. c. Ad Apostolicam num. 5. vers. Et est ratio diversitatis, quam hic sequuntur Joan. Andr. Card. & alii communiter.

Tertio responderetur etsi daremur in hac materia versari ex parte favorem, & ex parte odium, tamen quod servari debet cum in re solus favor versatur, est etiam servandum cum partim versatur odium, & partim favor, & sic casus est mixtus. Ita sentit gloss. recepta in d. c. Cum in cunctis, in verb. Exegerit in fin. ubi ait, cum in materia versatur utrumque, id est tam odium, quam favor tempus de momento ad momentum computari, & idem censuit Rota decis. 75. num. 4. per. 2. diverjor.

Sed quatenus ab hac opinione communi, que distinguit inter favorem, & odium discederemus, & sequeremur aliam, que habet insipientiam esse formam verborum, quam multos habet sectatores, videlicet Abb. Rebuffi. Casan. & alios relatores in d. decis. 75. n. 33. tamen etiam secundum hanc opinionem videtur verius diem coeptam hoc casu non haberi pro completa. Observandum est enim decretum Concilii in d. c. 11. per ea verba, nec qui minori tempore, quam per annum à suspensione habitus in probatione steterit; & connotare tempus probationis non à die, sed ab actu suspensionis habitus. Undè intrat communis conclusio, ut quotiescumque terminus statuitur ab aliquo actu, non die actus tempus curat de momento ad momentum, ac proinde quilibet, vel minutissimus defectus infringat actum, gloss. Joan. Andr. Anchar. Abb. & alii plures relati à Tiraq. de utroque retract. §. 1. gl. 11. n. 23. Undè Angel. de Perus. conf. 404. sub n. 4. vers. finem; (& generaliter, inquit, addo hanc doctrinam, quòd ubi decurrit temporis inchoando & terminando, queritur tempus, incipit à momento actus explicati, & fiat cum pro revolutione temporis dies novissimus ad idem punctum pervenerit.) Et in terminis consimilia verba, post susceptum habitum infra annum, & alia hujusmodi operari, ut tempus curat de momento ad momentum, tradit aperte Jo. Andr. in c. Cyprianus col. 1. post princip. in verb. Post consensum, de elect. lib. 6. & sequitur Tiraq. loco cit. num. 49.

Ad extremum huic sententia ante Concilium videtur adhærere Philippo. Franc. in c. 1. sub n. 2. hic, Requiritur ergo quòd sit annus consummatus in totum, de reg. in 6. & tandem approbat Vitalin. in Clem. 2. n. 27. de reg. ubi loquitur in Religionibus Mendicantium, in quibus de jure communi requiritur annus probationis completus, ut supra diximus; & sentit non sufficere ad validitatem professionis, ut annus probationis sit in fine, de optere, ut sit completus, adeò ut sequentem annum attingat.

Neque verò glossa in ultima appositione allegata hujusmodi opinionis adversatur, quia quamvis dicat annum probationis debere esse integrum, sed non requiri ut excesserit; tamen loquitur in professione tacita, que cum per lapsum integri anni inducatur ipso jure, & sic in instanti, satis est ut annus sit completus; quia in illo ultimo temporis tacita professio censetur inducta ab ipso eo quòd annus sit elapsus. At fecit est in professione expressa; quia cum requiratur factum hominis, non potest fieri in illo instanti & momento temporis quo annus est absolutus. Ideoque necessario requiritur ut annus sit elapsus; quia si antea fuerit

annus

annus non esset integer & completus, ut precebit culleber rem accurate consideranti.

Et post Concilium eandem sententiam simpliciter sequuntur Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 24. n. 22. Less. lib. 2. de Justitia & jure, c. 41. n. 7. vers. Quòd annus probationis & Ludovic. Miran. qui alteri hanc conclusionem esse veram & communiter probari à Doctoribus antiquis & junioribus in Manuali Prælatorum, c. 22. art. 3. concil. 2. licet contrarium levibus argumentis tradidit Rodr. de Regular. tom. 3. q. 17. art. 4.

Nec obstant quæ superius in contrarium adducta sunt. Ad primum enim satis patet responsio ex ultimo argumento pro opinione negativa, vers. Secundo probatur.

Ad secundum de precepto morali patet similiter responsio

ex secundo, quinto, sexto & ultimo fundamento hujus sententia.

Tertium eliditur ex quinto argumento contrario.

Quartum itidem sublatum est ex dictis in ultimo fundamento.

Ad quintum conceditur ad validitatem professionis, requiri annum expletum 365. dierum atque horarum fere sex; sed negatur id esse absurdum.

Atque ex his omnibus videtur posse responderi professione ut proponitur emissam, non esse validam.

Hæc controversia bis contigit in Sacra Congregatione Concilii; & utroque casu Sacra Congregatio habuit professionem pro invalida; sed ad vitandos in Religione motus à decisione abstinent, nonnullis adhibitis temperamentis.



DE REGULARIBUS.

Idem Alexander III. Ambianen. Episcopo.

CAPUT X.

SANÈ de Canonico, qui in Ecclesia Aromaten. professionem fecerat, & fugerat ab eadem in Monachum à quodam Abbate recepto: id tuæ fraternitati significamus, quòd si locus ubi nunc permanet, majoris Religionis quam Ecclesia Aromaten. existat, ipsum in eodem loco cum pura conscientia remanere permittas: alioquin eum ad priorem Ecclesiam redire compellas.

SUMMARIUM.

- 1 Canonici Regularis, si fiat Monachus Religionis archidioris, manet Monachus; sed si laxioris, redire compellitur.
- 2 Religio strictior non dicitur que à principio suæ fundationis habet strictiorem Regulam; sed in qua modo archidior vita dicitur.
- 3 Regula Canonice Regularium est laxior quam Regula Monachorum.
- 4 Sed per Constitutiones potest esse strictior.
- 5 Fratres Prædicatores, est professio Regulari Sancti Augustini que laxior est, tamen per Constitutiones archidior vitam ducunt quam Monachi.
- 6 Et transeundo à Monachos, apostasiam non effugiant.
- 7 Religio, in qua dicitur archidior, non tantum Regula, sed etiam Constitutiones debent attendi.
- 8 Constitutiones Ordinis tolli possunt per contrarias Constitutiones; sed Regula per Constitutiones tolli non potest.
- 9 A Religione majori in qua remissius vivitur, fieri potest transitus ad minorem melius observatam.
- 10 Quod locum habet sitatus Ordo sit collapsus, nec sit spes reformationis, aliis seculis.
- 11 Regularis qui zelo sanctioris vite transiit ad archidior Religionem, non potest Superioris iustitia, permittitur dispensari in ea remanere, licet de vigore cogendus sit redire ad primam.
- 12 Religio an sit una tantum vel plures; & in quo differant & n. seqq. usque ad n. 24.
- 13 Religio omnis hoc habet commune, ut quis totaliter se præbeat ad servitium Dei secundum tria essentialia vota & n. 31 & seq.
- 14 Religiosi status est quoddam exercitium quo quis exerceret ad perfectionem charitatis & n. 26. & 56.
- 15 Religionis diversificantur secundum diversitatem operum ad que ordinantur.
- 16 Item secundum diversos usus exercitorum.
- 17 Religionis est conventus in tribus substantialibus; tamen diversificantur secundum diversos fines ad illa tria substantialia ordinator, n. 48.
- 18 Et quatenus aliqua sunt ordinata ad eodem fines, tamen dicuntur diverse propter diversas institutiones, habitus & denominationes & n. 50.
- 19 Clericorum genus habet sub se duas species, id est Clericos seculares, & Religiosos, & appellatione unius istorum non venit alterum.
- 21 Religio secundum Theologos est una tantum, seu unum genus, licet plures sit species.
- 22 Religiones omnes conveniunt in summo fine, qui est charitas, & in tribus substantialibus Regula, & numer. 48. & 56.
- 23 Sed contra, & n. 48.
- 24 Religio que dicitur archidior, seu strictior, vel major & n. seqq. usque ad n. 66.
- 25 Religio principaliter ordinata est ad opera vite contemplativa, que in oratione, & studio consistunt, & n. 38.
- 26 Religionis quedam ordinata sunt ad opera vite activa, & aliqua ad mixta.
- 27 Et activorum actuum quidam consistunt in prædicatione, & doctrina & consiliis animarum, ut in Prædicatoribus Minoribus, &c.
- 28 Quidam in militia, ut in Templariis, & Hospitalariis.
- 29 Quidam ad hospitalitatem & infirmorum obsequia, & in Ordine Cruciferorum & Sancti Antonii Virgines.
- 30 Religionum aliqua sunt ordinata ad solitudinem, aliqua ad societatem, quedam habent propria in communi, & quedam non.
- 31 Religio maior, seu perfectior an dicatur que habet opera contemplativa.
- 32 An verò que habet opera activa.
- 33 Militares Ordines ordinati sunt ad effusionem sanguinis activam, non autem passivam, licet per accidens etiam passiva evenire possit.
- 34 Quo casu propter Martirium ceteris Religionibus essent præferendi.
- 35 Religionum majoritas secundum Theologos attenditur principaliter ex parte finis, secundariè ex parte exercitii.
- 36 Et quidem si finis Religionum sit idem.
- 37 Dicitur in Religionibus præferuntur juvenis, vigiliis, & hujusmodi observantiis, & n. 46.
- 38 Contemplationis opus duplex, oratio & electio.
- 39 Vita activa opus duplex, unum derivatur ex contemplationis plenitudine, ut prædicatione & doctrina.
- 40 Et hoc præfertur simplici contemplationi.
- 41 Aliud totaliter consistit in exteriori occupatione, ut elemosinas dare & hospites recipere, &c. que sunt minoris operibus contemplationis, num. 42.
- 42 Religiosis, que ordinantur ad docendum & prædicandum, tenent summum gradum, secundum verò que ordinantur ad contemplationem, & n. 50.
- 43 Militia opus dicitur nobilissimum aliis operibus activis, & cur.
- 44 In Religionibus ordinatis ad subventionem privatum proxi-

- 334 mi primum est infirmos recipere, secundum captivos redimere. Tertium hospites recipere. Quartum ad suam vitam manibus operari.
45 Ad continentiam convenientiam ordinatur maceratio corporis per abstinentiam cibi, quam per subtractionem vestimentum.
46 Religiones arctiores non sunt quia arctiores habent observantias, sed quia observantia majori discretione ordinatae sunt ad suam finem, & n. 51. & 55.
47 Vigilia, nuditas, & hujusmodi, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt.
48 Religiones omnes conveniunt in communi exercitio circa tria substantialia, sed in observantia variant.
49 Religionum praesentia triplex.
50 In transitu de una ad aliam Religionem sciendum Theologos non attenditur quae sit arctior, seu durior, sed quae sit perfectior, seu fructuosior.
51 Sed contra secundum Canonistas, n. 55. & sequentibus.
52 Religio Praedicatorum, cum ad praedicandum sit principaliter instituta, aliter est perfectior, & ex omni alia licet ad eam transire.
53 Etiam ex Cartusienf.
54 Sed & converso ex Ordine Praedicatorum ad alios transire non licet, nisi in illo fuerit remissa religio, contrariam, n. 57. & 58.
55 Canonice rejectis Theologorum subtilitatibus in transitu de una ad aliam Religionem attendant solum quae sit arctior, strictior, durior, vel fortior modus vivendi. Et hanc opinionem observat Curia, n. 58.

Ant. Si Canonice Regularis efficiatur Monachus aut Religiosis arctioris: tunc manet Monachus, aut laxioris & tunc redire compellitur. Hoc dicit Joannes Andreas, Battr. Card. Anchar. & Joannes de Anan. vel ad idem secundum Abbatem, Canonice Regularis potest effici Monachus, si Religio ad quam transit est strictior sua, alias secus; sed juxta intellectum qui verior est, ut dicam infra in 2. not. Decretalis hoc intendit. Canonice Regularis qui zelo fanaticioris vitae transivit ad Monasterium Praedicatorum, non petat sui Superioris licentiam, permittitur dispensative in eo remanere si de praesenti arctior hic vita ducatur, alias redire compellitur. Primo narrat factum quod. Secundo distinguendo, definit hic id tua & secundum membrum hic alioquin.

- 2 Nota primo hic Si locus ubi nunc permanet majoris Religionis existat, ad validitatem transitus de una ad aliam Religionem non esse attendendum an Monasterium ubi primo quia professionem fecit, & principio suae fundationis fuerit strictioris Regulae, quam Monasterium ad quod sit transitus; sed an secundum Monasterium modum sit arctioris, prout ex hac littera deducunt Innoc. in princ. in verbo Nanc. Host. n. 1. in eodem verbo. Joannes Andreas eodem num. in verbo Ubi nunc qui ponderat distinctionem Nanc. ac si textus dicit non iniciendum privilegium fundationis Regulae utriusque loci; sed satis est ut nunc sit strictior illud ad quod transit, licet forte tempore fundationis fuerit laxioris. Et sequuntur Battr. n. 4. Card. in 1. not. Anchar. n. 2. Joan. de Anan. in 1. not. & Abb. n. 4. qui affirmat multos in hoc decipi advertentes solum ad regulam utriusque Monasterii antiquitatem institutam & non ad modum vivendi de praesenti existentem. Ergo ad hoc aliter induco hanc Decretalem; nam ille erat Canonice Regularis & transivit ad Monachatum; & tamen mandatur inquiri an Monasterium ad quod transivit, sit majoris Religionis vel minoris; haec autem inquisitio fieri non poterat respectu Regulae & primaei instituti, quia Canonice Regularis Regulae inferiori laxiori, ut dicit textus in c. Quod Dei timorem infra de stat. Monach. Ergo necesse est ut inquisitio facienda esset respectu praesentis observantiae; & consequenter inspicendum est an tempore transitus in utroque Monasterio strictior vel laxior vita ducatur, ad hoc e. licet hic vitam duceret arctiorem; & hic dicit n. 20. & 21. post Abbatem in 9. not. infra eodem. Verumtamen, ut dicit Guill. Naf. quomvis Regula Canonice Regularium sit laxior, nihilominus possibile est ut per Constitutiones sit strictior, sicut videre est secundum eum in Fratibus Praedicatoribus, quia tunc profiteantur Regulam Sancti Augustini laxiorem, quam sit Regula Sancti Benedicti, tamen Regula est quid minimum respectu aliarum asperitatem quas inducunt Constitutiones Ordinis quae usque adeo arctant Praedicatorum vitam, ut asperior dicatur quam vita Monachatum; si ergo transierit ad Monachos, apostasiam non effugiet & cogendi sunt redire ad primum Ordinem, ut hic & concordant Glossed. & Joannes Andreas n. 2. atque n. 8. Anchar. in clem. 1. n. 4. in 3. not. & hic Imol. n. 9. de Regular. Lap. alleg. 81. Quidam Franciscus alius 62. n. 5. Philipp. Presb. in addit. ad Monach. in c. 1. n. 20. infra eod.

- 58 Cartusianus transiens ad Praedicatorum punitur tanquam apostata.
59 Sed ad Cartusiam datur transitus ex quacunque Religione.
60 Etiam Minorum, & Minorum de Observantia, vel Capucinorum.
Et quid de Eremita Camaldulensi, n. 61.
61 Cartusianum strictior clausura cum abstinentia & carnibus in quocunque casu praeponderat aliis Religionibus peritibus.
62 Ad Eremitas Camaldulenses ex Indulto Eugen. IV. transire licet ex quocunque Ordine, etiam Cartusianum licentia petita, licet non obtenta.
63 Et an hodie sit locus hujusmodi indulto, & numer. sequente.
64 Eremitarum Camaldulensium, & Montis Corona unionem factam ab Urbano VIII. confirmavit Sanctissimus D. N. Innocentius X.
65 Ad Militares Ordines Curia non dat transitum & Religionibus Mendicantibus, vel non Mendicantibus etiam laxioribus.
66 Regularis professus in laxiori Religione an teneatur adimplere votum simplex quod prius emisit de intrando Religione arctiorem, & n. sequente.
67 Votum secundum solenne derogat primo simplici, pro quo tamen venit poenitentia impendenda.
68 Episcopus qui prius voluit ingredi Religionem, tenetur cedere Episcopatum & votum implere.

lib. 6. Silvest. in verbo Religio 4 q. 6. nec refert quod Constitutiones tolli possint per contrarias Constitutiones, ut in reg. 1. de reg. Jur. Regula autem per Constitutiones non potest tolli, ut in c. sicut infra eodem, nam ut respondet Joannes Andreas dicto num. 3. verbi. ad id autem: satis est ut non possint non tolli, ad hoc lege Sufficit ff. de cond. indeb. in Clem. Quia de suspens. negl. Praelatorum cum similib. ut per eum; vel secundum Abbatem hic numero quinto, versiculo Dic autem etiam claris. Licet Constitutiones tolli possint, tamen satis est ut de praesenti in primo Monasterio strictior vivatur. Itaque si laxior vita oritur ex transgressione Regulae, si ex inobservantia Constitutionum ad Religionem in qua remissus vivitur, potest qui licet transire ad minorem Religionem melius observatam secundum Thom. in 2. 2. quae. 189. art. 8. in corpor. Joan. Andr. hic num. 3. & Cardin. in conf. 28. Pro elucidatione, ubi est casus.

Verum hoc notabiliter limitat Joan. Andr. d. numer. 3. ut locum habeat si totus Ordo sit collapsus, nec subsit per reformationem, sicut eo tempore contigit in Templariis alias fecit. Unde si Monasterium verbi gratia Sancti Benedicti sine spe reformationis sit collapsus; nihilominus, si plura Monasteria ejusdem Ordinis, saltem in patria vel provincia reperiantur non collapsa: tunc minime licebit ad minorem Religionem transire. Facit cap. Abbatem in fin. de verb. signif. Et cum hac limitatione Joan. Andr. transiunt hic Card. in 3. qu. Anchar. num. 4. & Abb. num. 7. Silvest. in verbo Religio 4. in 2. & 6. quae. 1.

Secundo, nota ubi in eodem loco cum pura conscientia remanere permittit. Regularem, qui bono zelo transivit ad arctiorem Religionem, non esse cogendum ad primum Ordinem redire, licet & Praelato suo transeundi licentiam non petierit & quod satis expresse probatur hic; nam ille Canonice Regularis fugerat a suo Monasterio ut dicitur in littera & sic licentiam non postulaverat, ut arguit Hostien. hic in princip. in verb. Fugerat. Non enim placet intellectus Magistri Petri de Sempione dicentis Papam hic loqui iuxta vulgare Lombardorum, qui verb. Fugerat, usurpat pro ire ut hic refert Abb. Antiq. n. 1. Et tamen quia cum puritate conscientiae transivit, non compellitur redire ad primum Monasterium, nisi in casu, in quo secundum sit minoris Religionis; & ita per hanc litteram sentit gloss. Bernard. hic & in cap. Licet in verb. Licentiam postulaverit, infra eodem. Sed tu dicas Religiosum posse revocari ad suum Monasterium, ut tenet gloss. Joannis in cap. Mandatum in verb. Monachos 59. quae. 3. & late probat in d. cap. Licet in 2. quae. 1. ad num. 51. usque ad num. 60. Nec obstat hoc tempus in hac parte conuenit gratiam & dispensationem ut inquit verb. Permittas, secundum praedictam gloss. & Host. hic in princ. vers. Vel quod hic dicit, & num. 1. Vel cum pura conscientia & Abb. numer. 2. vers. Tamen gloss. & ex intellectu collige in practica, quod est de vigore juris transiens de una ad aliam Religionem zelo fanaticioris vitae cogendus sit redire ad primum, si & Praelato suo transeundi licentiam non petierit; tamen non est inconveniens ut ex aequitate Sedes Apostolica cum eo misericorditer dispense ut possit remanere in secunda, si de praesenti in ea strictior vita ducatur prout Papa hic fecit.

- 12 Quae an Religio sit una tantum, vel plures sint Religiones & in quo differant.
Respondeo cum Joan. Andr. hic num. 4. cum jam nostrum de Religiosis loquens dicat alteram majorem vel arctiorem, aut distinctiorem vitae & alteram minorem vel laxiorem ut hic, & in cap. Licet & cap. Coniuncti infra eodem & in cap. Virgines 20. quae. 4. in cap. Quod Dei timorem infra de statu Monach. & in cap. Qui votum infra eod. lib. 6. Hinc patet Religionem esse plures & non unam tantum ut in Clem. 1. de elect. & in cap. unic. de Relig. Domb. lib. 6. Nec obstat si dicas non esse ibi differentias per species sed per accidentia, cum omnis Religio hoc habeat commune, ut quis se totaliter prebeat ad servendum Deo secundum tria principalia & essentialia vota de quibus in cap. Cum ad Monasterium in fin. de statu Monach. Quo fit ut non possit esse diversitas secundum hoc, ut in una Religione quis aliquid sui retineat & in alia aliud, sicut in statu Episcopali, non est diversitas in specie, sed est ubi ubi quicquid fuerit, cap. Legimus 93. dist. II. quomodo non obstat, quoniam ut resp. Joan. Andr. d. num. 4. vers. Fateri. Status Religionis ex illis tribus essentialibus est perfectus quoddam exercitium, quod quis exercetur ad perfectionem charitatis. Sunt autem diversa charitatis opera, quibus bonum vacare potest. Sunt etiam diversa modi exercitiorum; & ideo Religiones diversificantur dupliciter. Primo enim diversificantur secundum diversitatem operum ad quae ordinantur ut quia una est ordinata ad peregrinos hospitandos, alia ad captivos visitandos vel redimendos una ad actus contemplativos, alia ad activiora ad mixtos secundum diversitatem actuum exercetur quia in una caligat corpus per abstinentiam, in alia per nuditatem, in alia per operationem manuum; major tamen est prima diversitas, quae secunda, cum finis in unaquaque re sit potissimum. Quamvis ergo tria illa essentialia unicuique religioni sint communia, tamen bene compatiuntur religiones fore diversas propter diversas dispositiones, & diversos fines ad illa tria essentialia ordinatos. Quinimo, etiam aliquae Religiones sunt ordinatae ad eodem fines, nihilominus cum diversae sint institutiones, diversi habitus, diversae denominationes, dicuntur esse diversae, & sic loquitur d. Clem. 1. de elect. & d. cap. unic. de relig. Domb. lib. 6. Hic Jo. Andr. quae. 1. ubi magistraliter dicit in Ecclesia militanti esse unum genus hominum generalissimum, quod principaliter dividitur in duo genera subalterna, clericorum, videlicet clericorum & laicorum. Duo sunt genera 12. quae. 1. Genus autem subalternum clericorum habet sub se diversas species, quae principaliter dividuntur in duas, videlicet in clericos & sacculares & religiosi; & appellatione unius illorum proprie sumpto vocabulo non comprehenditur alterum, ut est text. in cap. Ex multa vers. Sicut ergo infra de voto, & notat gloss. in Clem. Capiens in verb. Religiosi, de praebend. Item species, quae discernuntur ex diversitate professionis, & habitus ut patet in cap. Ut lex continetia 27. quae. 1. & in Clem. 1. de elect. & in Clem. 1. de Regula. cum similib. Quod latius profertur, ut per eum. Dicit etiam Lapus alleg. 130. Pro dubio in 4. secundum opinionem Theologorum unam tantum esse Religionem, quia in omnibus religionibus insunt illa tria substantialia scilicet obedientia, continentia & carentia propria. Et siue illis tribus nota est religio, ut notatur in cap. 2. de Elect. arctior, ergo una tantum est religio, seu unum genus, licet plures sint species. Similiter Anchar. conf. 321. Praemittenda sunt numer. 1.
13 Licet, inquit, Religiones diversificentur secundum diversitatem operum, & exercitiorum; tamen omnes in fine conveniunt, scilicet in dilectione Dei & proximi, ergo in summo fine, qui est charitas, omnes Religiones conveniunt, ut in extrava. Ad Conditionem vers. Cum enim. Conveniunt etiam omnes religiones in tribus substantialibus regule de quibus in cap. Cum ad monasterium distat. Monach. Ex quibus potest dici, quod praedictae diversitates faciunt potius religiones differre in qualitate accidentalium, quam in substantia, siue essentialia, argum. I. Ordo ff. de public. judic. Fateri tamen oportet, quod dicta diversitas accidentium, siue qualitatum indicat diversitatem religionum, ut notatur in Clem. 1. de elect. Hactenus verba Ancharum. Sed tu dicas cum Joan. Andr. religionum differentias esse per species, & non per accidentia, ut dictum est supra n. 13. Nec obstat, quod ex, quae in essentialibus conveniunt, sicut religiones omnes conveniunt, in tribus substantialibus, sine quibus non est aliqua religio, non differant nisi per accidentia. Quoniam, ut respondet S. Thom. 2. 2. quae. 188. art. 1. ad 2. tria essentialia vota pertinent ad exercitium Religionis, sicut quaedam principalia, ad quae omnia reducuntur. Ad observandum autem unum votum quorum diversimodis aliquid se disponere potest, puta ad votum continentiae servandum se disponit aliquid per loci solitudinem, per abstinentiam, & per mutam societatem, & per multa alia hujusmodi, & secundum hoc patet

quod communis essentialium votorum compatitur diversitatem religionis, tum propter diversas dispositiones, tum etiam propter diversos fines.
Secundo Quae, quae Religio dicatur arctior, seu strictior, vel major.
Pro solutione quaestiois praemittendum est Religionem principaliter ordinatam esse ad opera vitae contemplative, quae in oratione & studio consistunt, ad quod proprie videtur ordinatus ordo Cisterciensium & Cartusianum, licet aliquis ex his secundario opus manuum, vel hospitalitatem habeat annexam. Sed multae Religiones sunt etiam ordinatae ad opera vitae activae & aliae ad mixta, ut dictum est in precedenti quaestione. Istorum autem actuum actuum quidam consistunt in praedicatione & doctrina, & animarum consilio, de quibus quomodo, & quando Religiosi competere possint, plane habetur, 16. q. 1. per totam. Exemplum in Praedicatoribus, Minoribus Eremitis Sancti Augustini, Carmelitae & similibus, Quilam, in militia, ut olim Templarii & nunc Hospitalarii, seu Calatrenses, Sancti Jacobi de Spatha, Sanctae Mariae Theutonicorum, & his similes. De qua quidem militia quomodo, & quando bonum publicum, & animarum salutem respiciat, satis habetur in c. Noli 22. q. 1. & cap. Fortitudo, & per tot. q. 3. & per Joan. Andr. hic n. 7. vers. De corp. Aliqui ad hospitalitatem & infirmorum obsequia, ut Ordo Cruciferorum Sancti Antonii Viennensis. Sancti Spiritus in Saxia, Beati Joannis Dei, & Clericorum ministrantium infirmis. Rursumque Religiones sunt ordinatae ad solitudinem, aliae ad dicatorem, quaedam habent propria in communi, quaedam non, ut olim Mendicantes omnes, & hodie Minorae Sancti Francisci, ut in decreto Concilii Tridentini sess. 25. de Regul. c. 3.
Quibus ita constitutis, in proposita quaestione primo intuitu dicendum videtur illam dici majorem Religionem, quae habet opera contemplativa; unde Lura 10. Maria, per quam haec vita designatur, operam partem elegisse dicitur, cap. Nisi cum pridem ad fin. sup. de renunciat. Praeterea Augustinus conclusit certum esse tenendum, ut c. Si quis in fine de jurat. dist. ultim. Sed vita contemplativa proculdubio ceteris ac tior est ut in c. Nisi. Ad hoc e. prima in fin. de jurat. dist. 5. Ergo praerogativa & appetenda.
Sed contra, major Religio videtur illa, quae habet opera activa, per text. in c. Licet, infra eodem, hic, quomam si cut majus bonum minori bono praeponeatur, ita communiter utilitas specialis utilitati praefertur; & in hoc casu recte praeponeatur doctrina scientia, sollicitudo contemplationis & labor quieti, &c. Sed illa Religio est major & potior, quae ad majus bonum est ordinata. Ergo religio, quae ordinatur ad vitam activam, est potior illa, quae ordinatur ad vitam contemplativam. Praeterea omnes Religio, ut praedictum, ordinatur ad charitatem: At majorem charitatem quae habere non potest quam ut vitam suam ponat pro amicitia suis. Jo. 15. dist. c. Nisi cum pridem vers. Qui se de renunciat. Ergo Ordines ad id ordinati, quales sunt Ordines militares, qui etiam sunt activi, censeri debent majores.
Dicit tamen potest ejusmodi Ordines militares esse ordinatos ad effusionem sanguinis activam, non autem passivam, licet etiam passiva per accidentia evenire possit, facit cap. Is qui de homicid. lib. 6. secundum Joan. Andr. hic n. 8. vers. Dicit tamen potest, qui propterea fatetur aliquo casu hos milites martirium subire posse, & tunc ambiendum non esset, quin alius Religiosis essent praefertendi secundum eum. Unde super illud ad Hebr. 12. Nondum usque ad sanguinem relinquistis, dicit gloss. Perfectior in hac vita dilectio nulla est ea, ad quam Sancti Martires pervenerunt, qui contra peccatum usque ad sanguinem certarunt, certare enim usque ad sanguinem potest interdum competere Religionibus quae ad militiam ordinantur, quod expresse docuit S. Thom. in 2. 2. q. 188. art. 6. ad 2. juncto argum. contrario.
His in utramque partem adductis pro solutione quaestiois, cum Religiones primo diversificentur ex parte finis, secundum ex parte exercitii dicunt Theologi majorem, seu excellentiam unius Religionis super aliam principaliter attendi secundum Religionis finem, secundario autem secundum exercitium, nam comparatio secundum finem est absoluta, quia finem quaerimus propter se. Sed secunda est respectiva, quia exercitium non quaerit propter se, sed propter finem: ex quo sequitur ut illa Religio sit major, quae ordinata est ad finem absolute potiore, vel quia illud est majus bonum, vel quia ordinatur ad plura bona. Ubi vero utriusque Religionis finis sit idem, attenditur secundario praesentia, non secundum quantitatem exercitii, sed secundum proportionem ejus ad finem intentum. Unde in Collatioibus Patrum col. 2. c. 3. ante med. introducit sententia Beati Antonii, qui praerulit discretionem per quam quae omnia moderatur, spiritibus vultus, & hujusmodi observantias. Cui in iur. tur opus contemplativum sit duplex, scilicet oratio & lectio: si una Religio esset ordinata ad orationem tantum & alia ad lectioem; utique prima esset major, quia opus orationis

ordinare ad finem Religionis; & hanc doctrinam secuti sunt Turres. *in c. 1. n. 1. ver.* *Primo zelo perfectionis* 19. q. 3. Sanctus Antonius in 3. parte m. 16. c. 4. in fronte. *ver.* *Potest tamen* Silvester in verbo Religio 4. in fine hinc; sed tamen adverte, quia nomine Religionis archiepiscopus venit Religio sanctior & Religio fructuosior. Navarr. in comm. 4. de Regul. n. 2. & 3. Quinimo Petr. de Palud. in 4. sent. dist. 38. q. 3. art. 1. n. 11. Quia, inquit, corporalis exercitatio ad modicum utilis est; nullum autem Sacrificium est Deo magis acceptum sicut adus animarum, quia ad practicandum fuit Christi Religio essentialiter & principaliter & nominaliter instituta. Ideo Religio Practicorum, quia ad hoc principaliter instituta est alius est perfectior & ex omni alia ad eam licet transire, etiam in paupertate & austeritate alia excellat, quia hinc est perfectio & Religio Christi, etiam si loculos habeat, quos alia non habeat Religio que predicationem essentialiter non habet annexam; sed accidentaliter post institutionem per auctoritatem sibi commissam, per accidens ad hanc perfectionem attingit. Hinc Petrus, quem refert & sequitur Divus Antonius d. c. 4. §. 4. in primo. & cum hic concordat Silvester in verbo Religio 4. q. 6. & Joannes ibidem relatus ad Divo Antonio; nam ut ipse ait, cum unicuique hoc frugem melioris vite ad altorem statum licet transire, ut c. *dua sunt* 19. q. 2. Et c. *licet infra eod.* Non solum Cartulenses, sed cupalcumque Ordinis Fratres ad Ordinem Prædicatorum possunt transire regulariter ad unquam viventes; & illud esse alius perfectiorem probat eadem ratio quæ Petrus de Palude. Quinimo ut refert Sanctus Antonius *loc. cit.* Morrellus; nomine magus, Canonista & Theologus attestat se vidisse Passi determinationem factam per Doctores Universitatis ejusdem, quod Frater Carthusius potest transire ad Ordinem Prædicatorum regulariter viventes de Jure communi. E converso autem, ut inquit Sanctus Antonius dicto §. 4. *ver.* *E converso*, Fratres Prædicatores ad aliorum Ordinum observantiam non possunt descendere, nisi in Ordine Prædicatorum foret remissa Religio; tunc enim liceret transire ad alium Ordinem archiepiscopus viventes cum proposito & facto recte vivendi & non laxo; & ita secundum Theologos non attenditur quæ Religio sit asperior; sed quæ sit perfectior.

(Sed nos Canonice, ut inquit Joannes Andreas *loc. cit.* n. 8. circa finem, non ponderatis his subtilitatibus tantum hinc adverte ubi sit aschior, districtior, durior vel fortior modus vivendi, unde Decretalis *Licet infra eodem in fine*, dicit ut apud eos vitam duceret archiepiscopus; & paulo post principium dicit, archiepiscopus vite præterit. Ad idem c. *Quia in Insulis his dicitur est Congregatio*, infra de statu Monachorum. Acque ita cum omnes Religiones sint ordinatæ ad summum finem, qui est charitas per quam conjungitur Deo, ut in Extravag. Joannis XXII. ad Constitutum, *ver.* *Cum enim* & sic finis sit idem; solum archiepiscopus vivendi modum ponderamus; siquidem si in una Religione sit sola contemplatio cum archiepiscopus vivendi modo, possibile tamen est sine deficiente periculo non admitteremus transitum ad Religionem in qua esset contemplatio & actio etiam per predicationis officium cum laxo vel minus arcto modo vivendi, quod tamen Theologi admittent secundum prædicta. Hactenus verba Joannis Andreae cum quo concordant hic Henrich. Bsch. n. 16. Anton. de Butr. n. 6. moxdem Theologos qui volunt omnia scire & nihil, sciunt, *Card. n. 19. ver.* *Tamen secundum Canonistas*, 57 Anchar. n. 6. *ver.* *Dicit Joannes Andreas quod Canonista*. Abb. n. 8. & Joann. de Anan. n. 3. *ver.* *Canonista dicunt Summa Rosella in verbo Religio 4. n. 8. in fine & Angel. in verbo Religio 4. n. 34.* Adde quod opinionem Canonistarum servat Curia; non enim permittit transitum à Religione in qua strictius & durius vivitur ad Religionem in qua vivitur laxius utcumque antequam habeat predicationis officium; unde si Cartulianus transigaret ad Prædicatores præterit zeli perfectioris vite, transiret tanquam Apostata; & converso autem ex quacumque Religione datur transitus ad Cartulianam, ut in Extravagant. 1. de regul. ubi Martinus IV. statuit ut nullus Religiosus Ordinum Mendicantium quorumcumque quavis auctoritate ad Religionem non Mendicantium a se convolare, Ordine Cartulianum dimitteret excepto sub poe a excommunicationis late sententia Papæ reservata; & ex hoc constituitur opinio Passeri, in *fruct. Minori*. 19. 39. contententis ex quacumque Religione dari transitum ad Religionem Minorum; sed ex illa ad nullam aliam, eo quod sit omnium arctissima & votum quadruplimum vite, ut dicit Inhuus II. in ipsorum privileg. Item dicitur additur opinio Divi Bonaventuræ in exposit. *reg. Minor. c. 2. q. 17. par. 1.* & 13. tam 1. Cardubus in eadem *reg. c. 2. q. 17. par. 1.* qui idem assentit de Religione Minorum; sed oppositum servatur in practica; nam & Caspucini passim transiunt ad Cartulianos, petita licet non obtenta suorum Superiorum

licentiâ. Item ut videas, obstat exceptio de qua in prædicta Extravaganti Martini IV. Quæ quidem exceptio apponi solet in omnibus privilegiis & indulgiis Apostolicis interdicitibus transitum ad alias Religiones; & merito, quia licet Cartulianum religio non sit ceteris perfectior ex parte finis; quippe quæ non est instituta ad Officium docendi vel prædicandi, sed ad solam contemplationem secundum ea quæ dicta sunt supra n. 41. & 52. tamen arctissima clausura ac velut perpetuus carcer cui sunt additi Cartulenses cum abinentia à carnis in quocumque casu propecederet omnibus aliis religionum asperitatibus, ut dicit in c. *Ad Apostolicam* n. 38. *infra eodem* & in c. *Non est vobis* n. 25. & 28. *infra eodem*, ubi de transitu Cisterciensium ad Cartulianos; & quia in strictiori clausura perpetuo vivunt etiam Eremitæ Camaldulenses, de quibus mira hic tradunt Joannes Andreas n. 11. & Butr. n. 8. idcirco Eugenius IV. in Constitutione quæ incipit *Illa qua*, edita octava Kalendarum Novembris 1276. in Bullar. tom. 1. pag. 174. indulgit Priori & Fratribus Eremitæ Camaldulensis, ut omnes & singulos cujuscumque Ordinis existant & de quibuscumque Congregationibus, Domibus seu Monasteriis seu Mendicantium non vel Mendicantium, etiam Cartulienis Ordinis venerint; Superiorum ipsorum licentiâ petita, licet non obtenta, in prædicta Eremo recipere & retinere possint. Ceterum cum nostris temporibus memorata Eremus à rigore priorum Instituti plurimum declinaverit & in transitu de una ad aliam religionem non attendatur primæva Institutio & fundatio Regulæ; sed præsens observantia secundum ea quæ dixi supra in 1. not. forte non liceret vigore præsentis Indulgiæ ex Ordine Cartulienis ad dictam Eremum transvolare; sed quia non ita pridem fons memoratæ Urbani VIII. facta est unio Eremitarum Montis Coronæ cum Eremitis Camaldulensibus sub quibusdam Capitulis de quibus in Brevis expeditio sub die octava Octobris 1614. quæ paulo post fuerunt declarata in alio Brevis 13. Aprilis 1615. & quæ hujusmodi unionem novissime approbavit Sanctissimus Dominus noster Innocentius X. videtur subesse spes proxima reformationis tam celebris

ordinare ad finem Religionis; & hanc doctrinam secuti sunt Turres. *in c. 1. n. 1. ver.* *Primo zelo perfectionis* 19. q. 3. Sanctus Antonius in 3. parte m. 16. c. 4. in fronte. *ver.* *Potest tamen* Silvester in verbo Religio 4. in fine hinc; sed tamen adverte, quia nomine Religionis archiepiscopus venit Religio sanctior & Religio fructuosior. Navarr. in comm. 4. de Regul. n. 2. & 3. Quinimo Petr. de Palud. in 4. sent. dist. 38. q. 3. art. 1. n. 11. Quia, inquit, corporalis exercitatio ad modicum utilis est; nullum autem Sacrificium est Deo magis acceptum sicut adus animarum, quia ad practicandum fuit Christi Religio essentialiter & principaliter & nominaliter instituta. Ideo Religio Practicorum, quia ad hoc principaliter instituta est alius est perfectior & ex omni alia ad eam licet transire, etiam in paupertate & austeritate alia excellat, quia hinc est perfectio & Religio Christi, etiam si loculos habeat, quos alia non habeat Religio que predicationem essentialiter non habet annexam; sed accidentaliter post institutionem per auctoritatem sibi commissam, per accidens ad hanc perfectionem attingit. Hinc Petrus, quem refert & sequitur Divus Antonius d. c. 4. §. 4. in primo. & cum hic concordat Silvester in verbo Religio 4. q. 6. & Joannes ibidem relatus ad Divo Antonio; nam ut ipse ait, cum unicuique hoc frugem melioris vite ad altorem statum licet transire, ut c. *dua sunt* 19. q. 2. Et c. *licet infra eod.* Non solum Cartulenses, sed cupalcumque Ordinis Fratres ad Ordinem Prædicatorum possunt transire regulariter ad unquam viventes; & illud esse alius perfectiorem probat eadem ratio quæ Petrus de Palude. Quinimo ut refert Sanctus Antonius *loc. cit.* Morrellus; nomine magus, Canonista & Theologus attestat se vidisse Passi determinationem factam per Doctores Universitatis ejusdem, quod Frater Carthusius potest transire ad Ordinem Prædicatorum regulariter viventes de Jure communi. E converso autem, ut inquit Sanctus Antonius dicto §. 4. *ver.* *E converso*, Fratres Prædicatores ad aliorum Ordinum observantiam non possunt descendere, nisi in Ordine Prædicatorum foret remissa Religio; tunc enim liceret transire ad alium Ordinem archiepiscopus viventes cum proposito & facto recte vivendi & non laxo; & ita secundum Theologos non attenditur quæ Religio sit asperior; sed quæ sit perfectior.

(Sed nos Canonice, ut inquit Joannes Andreas *loc. cit.* n. 8. circa finem, non ponderatis his subtilitatibus tantum hinc adverte ubi sit aschior, districtior, durior vel fortior modus vivendi, unde Decretalis *Licet infra eodem in fine*, dicit ut apud eos vitam duceret archiepiscopus; & paulo post principium dicit, archiepiscopus vite præterit. Ad idem c. *Quia in Insulis his dicitur est Congregatio*, infra de statu Monachorum. Acque ita cum omnes Religiones sint ordinatæ ad summum finem, qui est charitas per quam conjungitur Deo, ut in Extravag. Joannis XXII. ad Constitutum, *ver.* *Cum enim* & sic finis sit idem; solum archiepiscopus vivendi modum ponderamus; siquidem si in una Religione sit sola contemplatio cum archiepiscopus vivendi modo, possibile tamen est sine deficiente periculo non admitteremus transitum ad Religionem in qua esset contemplatio & actio etiam per predicationis officium cum laxo vel minus arcto modo vivendi, quod tamen Theologi admittent secundum prædicta. Hactenus verba Joannis Andreae cum quo concordant hic Henrich. Bsch. n. 16. Anton. de Butr. n. 6. moxdem Theologos qui volunt omnia scire & nihil, sciunt, *Card. n. 19. ver.* *Tamen secundum Canonistas*, 57 Anchar. n. 6. *ver.* *Dicit Joannes Andreas quod Canonista*. Abb. n. 8. & Joann. de Anan. n. 3. *ver.* *Canonista dicunt Summa Rosella in verbo Religio 4. n. 8. in fine & Angel. in verbo Religio 4. n. 34.* Adde quod opinionem Canonistarum servat Curia; non enim permittit transitum à Religione in qua strictius & durius vivitur ad Religionem in qua vivitur laxius utcumque antequam habeat predicationis officium; unde si Cartulianus transigaret ad Prædicatores præterit zeli perfectioris vite, transiret tanquam Apostata; & converso autem ex quacumque Religione datur transitus ad Cartulianam, ut in Extravagant. 1. de regul. ubi Martinus IV. statuit ut nullus Religiosus Ordinum Mendicantium quorumcumque quavis auctoritate ad Religionem non Mendicantium a se convolare, Ordine Cartulianum dimitteret excepto sub poe a excommunicationis late sententia Papæ reservata; & ex hoc constituitur opinio Passeri, in *fruct. Minori*. 19. 39. contententis ex quacumque Religione dari transitum ad Religionem Minorum; sed ex illa ad nullam aliam, eo quod sit omnium arctissima & votum quadruplimum vite, ut dicit Inhuus II. in ipsorum privileg. Item dicitur additur opinio Divi Bonaventuræ in exposit. *reg. Minor. c. 2. q. 17. par. 1.* & 13. tam 1. Cardubus in eadem *reg. c. 2. q. 17. par. 1.* qui idem assentit de Religione Minorum; sed oppositum servatur in practica; nam & Caspucini passim transiunt ad Cartulianos, petita licet non obtenta suorum Superiorum

Sanctuarii, ubi Sanctus Pater Romualdus illius fundator primus in Occidente vitam Eremiticam introduxit, ut in primis litteris Urbani VIII. ac proinde videtur esse locus limitationi Joannis Andreae, de qua supra n. 10.

Rursus in Curia sequas vidi denegatum transitum ex religionibus etiam laxioribus tam Mendicantium quam non Mendicantium ad Ordines Militares, quem tamen concederent Theologi secundum ea quæ dicta sunt supra n. 43. ad hæreas igitur Canonistas.

Sed hic quæro, an professus in laxiori religione teneatur adimplere votum simplex quod prius emiserat de intrando religionem archiepiscopus.

Respondeo breviter non teneri, quia votum solemne quo quis obligatur minori religioni; est fortius quam votum simplex quo religioni majori astringitur. Post votum enim simplex, si contraheatur quæ Matrimonium, non dirimeretur sicut post votum solemne; & idem ille qui jam professus est in minori religione, non tenetur implere votum simplex quod emisit de intrando religionem majorem. Ita per hanc rationem docet Sanctus Thomas in 2. 2. q. 189. art. 8. ad 3. quem refert & sequitur Turres. in c. 1. in 4. q. n. 4. 19. q. 3. Potest igitur talis remanere in laxiori, quia per secundum votum solemne derogatum est primo simplici quod fecerat, tamen pro voto primo non completo erit penitentia imponenda, ut c. *Qui post votum de Regular. lib. 6.* secundum Turres. ubi supra. Diversum est in eo qui votis religionem ingredi de voto non completo factus est Episcopus; per hoc enim non est solutus voto, imò si suam velit sanare conscientiam, debet cedere & votum implere, ut est textus in c. *Peritas*, infra de voto. Sanctus Thomas d. q. 189. art. 3. ad primam; & sic nota differentiam inter Matrimonium carnale & Matrimonium Spirituale quod contrahitur inter Episcopum & Ecclesiam, ut in c. *ut. Et per tot. sup. de transit. Episcopi*, nam primum derogat voto simplici de intrando religionem; secundum autem non.

licentiâ. Item ut videas, obstat exceptio de qua in prædicta Extravaganti Martini IV. Quæ quidem exceptio apponi solet in omnibus privilegiis & indulgiis Apostolicis interdicitibus transitum ad alias Religiones; & merito, quia licet Cartulianum religio non sit ceteris perfectior ex parte finis; quippe quæ non est instituta ad Officium docendi vel prædicandi, sed ad solam contemplationem secundum ea quæ dicta sunt supra n. 41. & 52. tamen arctissima clausura ac velut perpetuus carcer cui sunt additi Cartulenses cum abinentia à carnis in quocumque casu propecederet omnibus aliis religionum asperitatibus, ut dicit in c. *Ad Apostolicam* n. 38. *infra eodem* & in c. *Non est vobis* n. 25. & 28. *infra eodem*, ubi de transitu Cisterciensium ad Cartulianos; & quia in strictiori clausura perpetuo vivunt etiam Eremitæ Camaldulenses, de quibus mira hic tradunt Joannes Andreas n. 11. & Butr. n. 8. idcirco Eugenius IV. in Constitutione quæ incipit *Illa qua*, edita octava Kalendarum Novembris 1276. in Bullar. tom. 1. pag. 174. indulgit Priori & Fratribus Eremitæ Camaldulensis, ut omnes & singulos cujuscumque Ordinis existant & de quibuscumque Congregationibus, Domibus seu Monasteriis seu Mendicantium non vel Mendicantium, etiam Cartulienis Ordinis venerint; Superiorum ipsorum licentiâ petita, licet non obtenta, in prædicta Eremo recipere & retinere possint. Ceterum cum nostris temporibus memorata Eremus à rigore priorum Instituti plurimum declinaverit & in transitu de una ad aliam religionem non attendatur primæva Institutio & fundatio Regulæ; sed præsens observantia secundum ea quæ dixi supra in 1. not. forte non liceret vigore præsentis Indulgiæ ex Ordine Cartulienis ad dictam Eremum transvolare; sed quia non ita pridem fons memoratæ Urbani VIII. facta est unio Eremitarum Montis Coronæ cum Eremitis Camaldulensibus sub quibusdam Capitulis de quibus in Brevis expeditio sub die octava Octobris 1614. quæ paulo post fuerunt declarata in alio Brevis 13. Aprilis 1615. & quæ hujusmodi unionem novissime approbavit Sanctissimus Dominus noster Innocentius X. videtur subesse spes proxima reformationis tam celebris

DE REGULARIBUS.

Idem Alexander III. Belvacen. Episcopo.

CAPUT XI.

Significatum est nobis: & infra. Mandamus, quatenus si inveneris, quod G. non fuisse à parentibus oblatum, & infra decimumquartum annum facti voti pœnitens, à Religione recesserit, ab illo voto professionis, quod fecit, denunties absolutum. Si autem à parentibus fuerit oblatum, seu decimumquartum annum compleverit, cum Religionem intravit, seu post decimumquartum annum professionem à se prius factam, ratam habuerit, eum ad eandem vel ad aliam religionem transire compellas.

SUMMARIUM.

1. Professus tacite, an censetur qui ante annum decimum factum ignorans defectum etatis expressam professionem emisit; & postea credens suam professionem validam in Monasterio per plures annos in habitu regulari absque reclamacione perseveravit & n. seq. usque in finem.
2. Ignorantia præsumptio non prodest nisi allegetur.
3. Professio tacita inducitur per delationem annalem habitus indistincti, licet præcesserit expressa irrita, absque eo quod probetur scientia nullitatis professionis expressæ.
4. Ignorantia nullitatis professionis expressæ, an tacitam professionem excludat.
5. Professio tacita necessarius requirit consensum profertis & n. 19.
6. Actus censetur factus in executionem obligationis præcedentis. Fagnon. in III. Lib. Decretal.
7. Errantis & ignorantis nullus est consensus & n. 21. & 41.
8. Professio expressæ emisit ab eo qui falso opinabatur se jam esse professum, an valeat & n. 42.
9. Votum denud factum propter dubium validitatis prioris voti, an obliget & n. 13. & 42.
10. Matrimonii confirmatio à principio invalidi, an requirat certam notitiam amonitionis oblati, ibidem & n. 46.
11. Matrimonium contractum cum ancilla ignoranter, ab viro ignorante, manumissis, non convalescit per copulam subsequentem & n. 26.
12. Actus continuatus censetur unus per relationem ad principium sui temporis.
13. Rati habitio actus invalidi, an requirat scientiam nullitatis cum qualitatibus & voluntatem eam sanandi & n. 41.
13. Approbare & credere esse validam, in quo differant. Q 4